



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

36. Eiusdem Grammatica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

DN. ALBINI, ALIAS
ALCVINI, CAROLI MAGNI
IMPERAT. MAGISTRI,
GRAMMATICA

Discipuli, Magister.

D Audiuimus, o doctissime Magister, sapius dicentem, quod
Philosophia esset omnium virtutum magistra, & hec talis
set, quæ inter omnes seculi diuitias, nunquam miserum, se posside-
tem reliquisset. Incitasti nos, vt verè fateamur, his dictis, ad tam ex-
cellentis felicitatis indagacionem: scire cupientes, quæ esset huius ma-
gisterii summa: vel quibus gradibus ascendi potuisset ad eam.

Ætas igitur nostra tenera est; & te non dante dexteram, si
fargere, satis infirma est. Animi verò nostri naturam esse intelli-
mus in corde, eorum oculorum in capite: Oculi itaque si splendent
lis, vel alia qualibet lucis præsentia asperguntur, perspicacissime quic-
quid obtutibus occurrit, discernere valent. Cæterum sine lucis
cessu, in tenebris manere notissimum est. Sic animi viget, accepti-
bilis est sapientiæ, si erit, qui eum illustrare incipiat.

Ioban. i.

M. Benè siquidem filii comparacionem oculorum, & animi pro-
tulistis. Sed qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum
illuminet mentes vestras: vt in ea proficere valeatis Philosophia, quæ
nunquam, vt dixistis, deserit possidentem.

* sic m. f.
foris legē.
dura, re-
galia.

D. Scimus Magister: scimus certissime, quod ab eo postulanda
est, qui dat affluenter, & nulli impropert. nos tamen morula quor-
busdam instruendi sumus, & quasi infirmi, tardiore gressu discendi,
quo vsque aliquid fortitudinis adcreseat in nobis. Ignem siquidem em-
lex naturaliter habet in se, qui solet exire ad ictus. Naturale itaque
mentibus humanis scientiæ lumen. sed nisi crebra doctoris inuocatio-
ne excutiat, in se, quasi scintilla in silice latet.

M. Est equidem facilè viam vobis demonstrare sapientiæ, si enim
tantummodò propter Deum, propter puritatem animæ, propter ve-

ritatem cognoscendam etiam, & propter se ipsam diligatis, & non propter humanam laudem, vel honores seculi, vel etiam diuitiarum fallaces voluptates, quæ omnia, quanto plus amantur, tanto longius aberrare faciunt à vero scientiæ lumine, ista querentem, velut ebrius dormiunt, quo tramite reuertatur, ignorat.

D. Fatemur scilicet, nos beatitudinem amasse: sed, si quæ possit in hoc seculo esse, ignoramus.

M. Est enim mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas: sed ad falsa quædam plurimos eorum, deuius error abducit. quorum quidam alii, maximam felicitatem diuitiis abundare ^{*m. l. erudentes, mendosa.} credunt: alii honoribus gaudent: alii potentia congratulantur: alii voluptatibus delectantur: alii, laudibus inhiant. Quæ diligentias considerata, tantis implicantur calamitatibus, ut vix aliquid beatitudinis habere videantur. hæc enim sibi somniantes, veram aliqui felicitatem fore existimant: & dum eos, ad verum bonum naturalis ducit intentio, multiplex tamen error, propter ignorantiam abducit.

D. Quis sanum ^{*hellenis. mo oratio.} sapiens, hæc esse transitoria ignorat? tamen huius vite viatorem horum abundantiam adiuvare quis nesciat?

M. Moderatus eorum usus adiuvat, nimius grauat, unde & philosophicum illud valet elogium; Ne quid nimis. ^{*propior. eff. i. p. p. g. v. v. v.}

D. Notum est, omnia nimia, nocere. Sed usque ad quem finem eorum, est, quam paulo ante numerasti, abundantia petenda?

M. Quantum necessitas corporis exigit: & quantum sapientiæ expositulat studium. ^{(*currus coërcere. *fort. cur.}

D. Perfectorum esse arbitramur huius rationis frenis, animarum ^{*in legendis.} M. Ad hanc scilicet perfectionem, dum ætas floret, dum animus viget, vos filii, cohortor.

D. Due age, & reduc per diuinæ vias rationis, & ad huius cacumen perfectionis transfer. Nam licet impari gressu te ductorem sequimur.

M. Quid homo, rationale animal, meliore parte immortalis, tui conditoris imago: quid propria perdis? quid aliena petis? cur infima quaris, & summa relinquis?

D. Quæ sunt propria, vel quæ aliena?

M. Aliena sunt, quæ extra quaruntur, ut diuitiarum congregatio. ^{*interiora. forte legi.} Intra, sapientiæ decus. Igitur, tu, ô homo, si ipse compos eris, possidebis, quod nec vnquam amittere dolebis, nec vlla tibi fortuna auferre valebit. Quid igitur ô mortales extra petitur, dum intra habetis, quod queritis?

hh

D. Fe

D. Felicitatem querimus.

M. Benè queritis, si manentem queritis, & non fugientem. Vnde dicitur, quam multis amaritudinibus terrena felicitas adpersa est, quæ nulli, vel tota proveniet, vel fida permanet, quia nil non mutabile præsentis vitæ inveniri potest. Quid pulchrius luce? & hæc, tandem succedentibus obfuscatur. Quid floribus venustius æstatis? & hæc hiemalibus frigoribus percunt? quid salute corporis iucundius? & hæc hanc perpetuam habere confidit? quid tranquilla pace iucundius?

* m. f. quæ,
mendosè.

* tamen sapè hæc tristi discordiarum fomite irritatur.

D. Hæc omnia sic se habere, sicut dicis, non dubitamus: sed quæ sum ista?

* forrè leg.
cognoscatur

M. Vt ex maioribus minora cognoscitis.

D. Quonam modo?

* m. f. fuga-
ci astro.

M. Si cælum, terraque suis semper vicissitudinibus mutatur: generalis omnium pulchritudo, & utilitas: quanto magis cuiuslibet specialis, delectationem transitoriam esse necesse est. Et cur carere debent, quæ permanere nequeunt? Quid vos homines, de æternis laude? de honoris dignitate? de divitiarum congregatione cogitatis? Legistis Croesi divitias, Alexandri famam, Pompei honorem? Et quid hæc perituris proderunt? dum quisque illorum immaturitate, cum magno quæsitam labore, citò perdidit gloriam minuit: quodammodo propriæ integritatem scientiæ, qui ex alienis sibi laudibus culis laudem quærit. Quid de divitiis congregandis studetis, quæ deferunt, vel deferuntur? quæ effundendo, quam servando metuant. Siquidem avaritia odiosos; claros, largitas facit. quarum abundantia, non nisi ex aliorum indigentia congeritur. Quid honoris fomenta superbiæ, queritis? Nonne vnus est omnium pater? Et iniuriam facitis conditori vestro, peiora amando, & meliora appetendo? Ille, genus humanum terrenis omnibus præstare voluit: non dignitatem vestram intra infima quæque detrudit. quanto melius est, interius ornari, quam exterius animam perpetuam, speciem polire.

D. Quæ sunt animæ ornamenta?

M. Primò omnium sapientia, cui vos maxime studere cohortor.

D. Vnde scimus sapientiam esse perpetuam? Et, si hæc omnia quæ antè numerasti transitoria sunt, cur non & harum scientiarum transit?

M. Animam putatis esse perpetuam?

D. Ne

D. Non solum putamus, sed etiam certissime scimus.

M. Estne sapientia decus, & dignitas animae?

D. Est verè. *

M. -----

D. Consequens videtur vtranque esse perpetuam, animam scilicet & sapientiam.

M. Videtis ne quolibet casu sapissime diuitias habentem deserere, & omnes seculi honores multoties minui?

D. Videmus itaque vti ne regni quidem potentia perduret.

M. Quid diuitiarum sine sapientia?

D. Quod corpus sine anima: Salomone dicente: *Quid profunt diuitiae stulto, cum sapientiam emere non possit.*

M. Nonne haec est, quae humilem exaltat, & erigit de stercore pauperem, ut sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat?

D. Est quidem, sed quam speciosa in habendo, tam laboriosa in acquirendo.

M. Quis miles sine certamine coronabitur? quis agricola sine labore abundat panibus? Nonne vetus proverbium, radices literarum esse amaras, fructus autem dulces, Igitur & noster orator in Epist. ad Heb. idem probat. Omnis quidem disciplina in praesenti non videtur esse gaudii, sed mœroris; postea pacatissimum fructum exercitatis in ea adfert iustitiae.

D. Duc age, quo libeat, sequimur libenter. quia spes praemii solet laborem releuare. Omnis quippe, qui arat, in spe arat percipiendi fructus. Fertur itaque: * dum Diogenes magnus ille Philosophus, omnes suos à se expulit discipulos dicens: Ite, quaerite vobis magistrum, ego verò mihi. Cui solus Plato adhaerens, * quadam die lutulentis pedibus super exstructum Magistri lectulum cucurrit, ad sidere doctore, quem Diogenes baculo ferire, minabatur, cui puer inclinato capite respondit. Nullus est tam durus baculus, qui me à tuo segregare possit latere. At si ille, amore secularis sapientiae flagrans, caelestis verò, quae ad vitam ducit perpetuam, ignarus, sic ardentem Magistrum sequi persistebat, quanto magis nos, tua Magister, ingredientem vel egredientem, vestigia sequi debemus, qui non solum literario nos liberalium studiorum itinere ducere nosti, sed etiam meliore sopheriae * via, quae ad vitam ducit aeternam, *... poteris.

M. Diuina nos praecedat gratia, & in thesauros spiritualis deducat sapien-

h h 3

* Hic propè
res ver-
sus crasi.
noua ma-
nus, sed mē-
doja indu-
ta. lacuna
igitur esto,
dum m. f.
alius vesti-
suat aucto-
rem nitore
pissimo.

cum f. leg.

in m. f. ex
inculcatur
frustra.
Diog. La-
ert. haber.
de Anti-
sthenē.

* in m. f. o-
mnia cor-
rupta,

Do. 4.

sapientia, in qua diuinæ vbertatis fonte inebriati, vt sit in vobis fontis aqua salientis in vitam æternam. sed quia Apostolo præcipiente legimus: Omnia vestra honesta cum ordine fiant, vos per quosdam eruditionis gradus, ab inferioribus ad superiora esse ducentes eos, donec pennæ virtutum paulatim aderescant, quibus ad altiora puri ætheris spectamina volantes, dicere valeatis: Introduxit nos rex in cellaria sua, exultabimus & lætabimur in eis.

Cant. 6.

D. Da dexteram Magister, & nos ab humo imperitiæ eleva: & in gradus sapiæ nos tecum constitue, in quibus te ex morum dignitate, ex verborum veritate sapius consistere agnouimus. Quo te ratio pulcherrima ab incunte, vt audiuius, atate, perduxit; & si potestis licet aures accommodare fabulis, nobis non incongruum videatur quod asserunt, epulas Deorum esse rationes.

M. Verius, o filii, dicere potestis, rationes esse Angelorum cibum, animarum decorem, quam epulas Deorum.

D. Quoquo modo hæc dici debeant, primos precamur nobis sapientia ostendi gradus, vt Deo donante, & te docente, ab inferioribus ad superiora peruenire valeamus.

Im. si ostendere, mende, nisi prætermisum sit, re. Exou. 7.

M. Legimus, Salomone dicente, per quem ipsa se cecinit: sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. quæ sententia licet ad diuinam pertineat sapientiam, quæ sibi in vtero virginali domum, id est, corpus edificauit, hanc & septem donis S. Spiritus confirmat, vel Ecclesiam, quæ est domus Dei, eisdem donis illuminantem sapientia liberalium literarum septem columnis confirmatur: nec ante ad perfectam quemlibet deducit scientiam; nisi his septem columnis vel etiam gradibus exaltetur.

D. Tandem aliquando pande, quod promissisti, & propter fragilitatem nostræ ætatis nos mollioribus incipe lactare, vt ad solidiora, crescente ætate, facilius perueniamus.

Resolera- tur an m. f.

M. Diuina præueniente cū, & perficiente gratia facia quod rogastis, vobisq; ad videndum ostendam septem Philosophiæ gradus. Per quos deniq; Deo donante, & vitæ comite, pro nostrarum portione vitium, penes temporis, & ætatis opportunitatem ad sublimiora speculatiue scientiæ deduxero.

D. Duc etiam, duc, & tandem aliquando de nidulo ignauæ, in nos tibi à Deo datæ sapientiæ compone: vnde aliquod veritatis lumen cernere valeamus: & quos toties promissisti, septenos thesauri disciplinæ gradus nobis ostende.

M. S. 1.

M. Sunt igitur gradus, quos queritis; & utinam tam ardentis sitis semper ad dilcendum, quam curiosi modò estis ad videndum: Grammatica: Rhetorica: Arithmetica: Geometria: Musica: & Astrologia. Per hos enim Philosophi sua contriuerunt otia, atq; negotia. Iis namque consiliis clariores effecti: iis regibus celebriores: iis videlicet æterna memoria laudabiles: iis quoq; Sancti, & Catholici nostræ fidei Doctores, & defensores, omnibus hæresiarchis, in contentionibus publicis semper superiores exstiterunt.

Per has verò, filii charissimi, semitas, vestra quotidie currat adolescentia, donec perfectior ætas, & animus, sensu robustior, ad culmina sanctarum scripturarum perueniat. quatenus hinc, inde armati veræ fidei defensores, & veritatis assertores omnimodis inuincibiles efficiamini.

**SAXO, FRANCO, DISCIPULI,
MAGISTER.**

FVerunt in schola Albini Magistri duo pueri: Vnus Franco, alter Saxo, qui nuperrimè spineta Grammaticæ densitatis irruerunt. Quapropter placuit illis, paucas literalis scientiæ regulas memoriæ causa, per interrogationes, & responsiones excerptæ.

At prior illorum Franco dixit Saxoni. Eia Saxo, me interrogante, responde, quia tu maioris es ætatis. Ego XIV. annorum: tu, ut reor, XV. Ad hæc Saxo respondit, faciam. Ita tamen, ut si quid altius sit interrogandum, vel ex Philosophica disciplina proferendum, liceat Magistrum interrogare.

Ad hæc Magister: Placet filii propositio vestra: & libens annuo vestræ sagacitati. & primum dicite, unde vestram conuenientiùs disputationem esse arbitramini incipiendam?

D. Vnde, domine Magister, nisi à litera?

M. Bene arbitraremini, si non Philosophiæ memoriâ paulo prius fecissetis. Vnde à voce, cuius causa, literæ sunt inuenta, inchoandam disputationem constat, vel magis, primo omnium interrogandum est, quibus modis constet disputatio.

D. Et à te, Magister, suppliciter rogamus exponi. Nam nos nescire confitemur, quibus modis constet disputatio.

M. Tria sunt, quibus omnis collocutio, disputatioq; perficitur.

RES,

RES, INTELLECTVS, VOCES. Res sunt, quæ animiratione percipiuntur. Intellectus, quibus res ipsas addiscimus. Voces, quibus res intellectibus proferimus; cuius causa, ut diximus, literæ inueniuntur.

D. Sed quia disputationis modos dixisti, vocis differentias, ut cognoscas, precamur.

M. Quatuor sunt differentia vocis. Articulate: inarticulate: illiterate. Articulate est, quæ copulata, atque coarctata cum littera profertur: ut, Arma, virumque; cano. Inarticulate, quæ in sensu proficiscitur, ut crepitus, mugitus. Literata, quæ scribi potest. Illiterate, quæ scribi non potest.

D. Vnde dicta vox est?

M. A vocando. Ecce habetis, quæ interrogasti. Nunc incipite filii.

F. Dic Saxo prior, vnde littera sit dicta?

S. Ut reor, littera, est quasi legitima: quia legentibus iter præbuit.

F. Da definitionem quoque.

S. Littera, est pars minima vocis articulata.

D. Habet, & Magister, alteram definitionem, littera?

M. Habet: sed in eundem cadentem sensum. Littera, est indiuisibilis sententia, in partes: partes in syllabas: syllabas in litteras diuisibilis. Litteræ verò indiuisibiles sunt.

D. Vnde litteræ elementa dicuntur?

M. Quia sicut elementa cœuntia corpus perficiunt; sic hæc coarctata litteralem vocem componunt.

F. Da collega diuisionem litterarum.

S. Sunt aut vocales, aut consonantes. Item consonantes diuisantur in semiuocales & mutas.

F. Rationem pone singulis diuisionibus.

S. Vocales per se proferuntur, & per se syllabam faciunt. Consonantes nec per se edici possunt, nec per se syllabam facere.

D. Habent ne, Magister, alteram rationem, cur sic diuisantur?

M. Habent. Vocales sunt sicut anima: consonantes sicut corpus. Anima verò & se mouet, & corpus. Corpus verò immobile est sine anima, sic sunt consonantes sine vocalibus. Nam scribi possunt per se, edici verò, vel potestatem habere, sine vocalibus nequeunt.

F. Vnde dictæ sunt vocales, vel consonantes?

S. Vocales dictæ sunt, quia per se vocem impleant, nulla adhibente consonante. Consonantes vocatæ sunt, quia per se non sonant, sed vocalibus consonant.

F. Quæ est differentia inter semiuocales & mutas?

S. Quantum enim à vocalibus superantur semiuocales; tantum semiuocales superant mutas. Nam à vocalibus incipiunt, & in se desinunt; & maiori euphonia sonant, & sæpius dictiones semiuocalibus, quam mutis, propter euphoniā, id est, sonoritatem finiuntur. Mutæ verò à se incipiunt, & in vocales desinunt, & deformius sonant.

F. Ut reor, in Donato legimus, tria accidisse literis: Nomen, figurā, potestatem. De nominibus, & figuris non est opus dicere; sed de potestate velim dicas, & primo vocalium.

S. Vocales sunt apud Latinos V. Nam y literam sextam vocalem, causa Græcorum nominū assumpsere Latini. sicuti & Z consonantē. Itaq; vocales & per se, vt dictum est, faciunt syllabas: plenas quoque solæ posite, explent partes,

A; vt, A mihi non teneras glacies secet aspera plantas.

E. vt, ---- sitiens simul ebibit amnem.

O. vt O si Gallorum victor remeasset in urbem.

I. quoq; verbum est; I, decus, in nostrum melioribus vtire fatis.

Sed I & V transeunt in consonantium potestatem, cum in principio syllabæ aliis vocalibus iunguntur: vt ianua, vates, iecur, veritas, Ionas, votum. Vel si sibiipsis anteponuntur, vt Iuno, virgo. Fiunt quoq; hæ ipsæ mediæ quando y Græcæ vocalis sonum habent. quando post V loco consonantis posita, sequente d, vel m. vel r, vel t. vel x. video, vim, virtus, vitium, vix. V. eundem habet sonum, id est, y, cum inter q. & aliam vocalem, vel post g, & aliam vocalem in eadem syllabæ vt quisq; pingue, lingua. Est quoq; vbi I pro duabus ponitur consonantibus, vbi inter duas vocales ponitur, vt Troia; Maia. V quoque loco duplicis digammæ in quibusdam locis accipitur, vt cupii, breuisi, cupiui, longa. & vbi cunq; v loco consonantis ponitur, semper pro digamma habenda est.

F. Habent ne aliquæ ex consonantibus aliquas singulares potestates?

S. Habent. Primo, quod vnaquæq; suā habet potestatem, sicut & nomen & figuram. Sunt aliquæ ex illis liquidæ, quæ & vim consonantium amittunt. Accentus quoq; sæpe in prosā mutant.

F. Quæ sunt illæ?

S. L. R. M; N. sed & S. quoq; singularis est potestatis. h quoque aspirationis nota. x verò & z duplices sunt; sed has rationes metricæ subtilitatis esse reor, in quibus necdum eruditi sumus. Ideo noli me de illis plus interrogare, sed festinemus ad syllabas.

INCIPIT DE SYLLABA.

F. Syllaba quid est?

S. Vox literalis sub vno accentu, & vno spiritu prolata.

F. Quot literis fiunt syllabæ?

S. Ab vna incipiens vsq; ad sex. A, Ab, abs, Mars, flans, supra.

F. Habet syllaba sensum per se?

S. Non habet, & nisi plena dictio per vnam syllabam constet, ut

do, dic, & alia.

*m. f. acci-
dunt scri-
bit,

F. Syllabæ quot *accidunt?

S. Quatuor. Tenor, spiritus, tempus, numerus. Accentus, aco-
grauis, circumflexus. In dictione, certus, absq; dictione, incertus. Non
potest tamen sine eo esse.

Spiritus, asper, vel lenis.

Tempus I. vel II.

Numerus literarum.

F. Quomodo habet syllaba vnum tempus, vel duo?

S. Breuis syllaba vnum habet, longa, duo.

F. Quomodo fiunt breues vel longæ?

S. Breues fiunt natura & potestate.

Breuis est natura, dum raptim vocalis enunciat, ut puer.

Longa, dum moratur vox, ut mater: vel dum duæ vocales in vna
concurrunt syllabam, quod diphthongon vocant.

Et sunt tales compositiones quinque; æ, œ, au, eu, ei.

F. Vnde dicitur *diphthongos?

S. Quasi dualis vox. Nam quoties duarum vocalium voces in vna
syllabam, & in vnam vocem cōeunt; *diphthongos dicitur.

F. Quot modis fiunt syllabæ positione longæ?

S. Sex. Cum correpta vocalis in duas definit consonantes, ut al. Aut
in vnam duplicem, ut dux. aut in vnam definit consonantem, & exci-
pitur ab altera, ut arca. aut excipitur ab x. duplici, ut axis, aut j loco co-
sonantis posita, ut Troja. aut definit in consonantem, excipitur ab i
vel u, loco consonantis posita, ut aduena, adiutor.

F. *Si necesse est vnamquamq; syllabam longā esse vel breuem.

S. Sunt syllabæ communes, quæ ad votum Poëtarum possunt vel
breues, vel longæ esse. Sed hæc quia ad metricos pertinet, relinquo.F. Magis interrogemus Magistrum, ne ignari simus huius quoque
rationis,

D.D.

D. Dic nobis, Magister, qua ratione, vel quibus modis, communes possunt esse syllabæ.

M. Nouem modis fiunt syllabæ communes. Communes sunt, cum correpta vocalis in medio verbo excipitur à duabus cōsonantibus, quarum prior muta quælibet est, vel f. semiuocalis: posterior liquida, vt tenebræ, pharetra, refluat. Aut, cum correpta vocalis in cōsonantem definit, excipitur ab h., vt vir humilis. Aut cū aliqua syllaba in breuē definit vocalem: et excipitur à duabus consonantibus, quarū prior est, f. vt alba smaragdus. aut cum post pedem quemlibet, vna brevis remaneret syllaba, de verbo: vt, Omnia vincit amor, et nos cedamus amori. Aut cū pars aliqua in diphthongon definit, & excipitur à vocali sequentis verbi, vt Insula Ionio --- Aut cum productam vocalem in eodem verbo mox alterius syllabæ sequitur vocalis, vt fidei. Aut cum pronomen c. litera terminatum est, & à vocali sequentis verbi accipitur, vt hoc est. Aut cum correptam vocalem in vna parte z. duplex sequitur, vt gaza. Item nouissima syllaba in metro, temper indifferens est, & voluntati Poetæ subiecta est. Est quoq; quando in tribus consonantibus sit cōmunis syllaba, dum in breuem vocalem definit syllaba, & excipitur ab f. sequente muta, & liquida, vt Horat.

Linquimus insani ridentes præmia scribæ. Plenius hæc, vita comite, in metrica ratione, vobis, filii, monstrauero.

D. Quid vis, Magister? an de pedibus, & accentibus, ordinem Donati Magistri sequentes interrogamus?

M. Amplius hæc quoq; in illa metrorum subtilitate intelligetis, quæ pedes vel accentus, nisi ex breuibus, longisq; syllabis nequeunt intelligi. Vnde ad partes vos conuenite.

D. Prius, si placeat, Magister, vnde Grammatica sit dicta, vel quod sit eius officium, pande nobis.

M. Grammatica est literalis scientia: & est custos rectè loquendi & scribendi. quæ constat natura, ratione, auctoritate, consuetudine.

D. In quot species diuiditur Grammatica?

M. In XXVI. In vocem: in literas: syllabas: partes: dictiones: orationes: definitiones: pedes: accentus: posituras: notas: orthographiæ: analogiæ: etymologiæ: glossas: differentias: barbarismum: solœcismū: vitia: metaplasmum: schemata: tropos: prosam, metra: fabulas: historias.

D. De istis singulis speciebus, antequam ad partium tendamus disputationem, aliquam cognitionem edidisse nobis, Magister, per singula currens.

ii. 2

M. Nam

M. Nam de voce litera, & syllaba in superioribus habuimus.

Dictio, pars minima est vocis constructa, plenumque sensu habens.

Oratio est ordinatio dictionum, congruam sententiam, perfectamque demonstrans: & est oratio dicta, quasi oris ratio.

Definitio, est brevis oratio, vnaquaque rem propria significatione excludens, ut homo, animal est mortale, rationale, risu capax.

Scire igitur debetis, quod definitio ad omnes disciplinas, & res pertinet.

Pes, est syllabarum compositio, & temporum certa dimensio. Puncti dicti, eo quod ipsis metra ambulent.

Accetus, est certa lex & regula ad leuanda & comprimenda syllaba.

Positurae, sunt puncti, ad distinguendos sensus.

Notae, sunt figurae quaedam, vel ad breuianda verba inueniuntur, vel sensus exprimendos: vel ob diuersas causas constitutae, ut in scriptura litterarum.

m. / obolum mendosè. *obelus, vel asteriscus.

Orthographia, est recta scriptura, ut puta, ad, propositio, d. accipio.

Analogia, est similitum comparatio, ut incerta certis probentur.

Etymologia est origo, & ratio vocabulorum, ut in scriptura rebus humo homo dicitur.

Glossa, est vnius verbi, vel nominis interpretatio, ut catus i. dolosus.

Differetia est distinctio duarum rerum, cum interpretatione, ut Rerum dicitur, quia modestus est; Tyrannus, quia crudelis.

Barbarissimus est, vna pars vitiose dicta. Vulgare proverbum est, male arboris nodo, malus cuneus quarendus est.

Solæcisimus, est oratio vitiose composita.

Vitia sunt, quae in eloquiis cauere debemus, & sunt VII.

Metaplasinus, est metrica licentia, vel necessitate immutata regularis loquutionis.

Schemata sunt ornamenta eloqui, & habitus, quibus sententiae velut in

Tropus, est dictio translata a propria significatione, ad non propriam similitudinem, ornatus, necessitatis causa.

Prosa, est recta locutio, absque metro, vel versu composita.

Metra vocata sunt, quia certis pedum mensuris terminantur.

Fabulae, res fictae, ludendi causa, vel cuiuslibet significationis.

Historia, est narratio rei gestae.

Ecce habetis definitiones breues singularum specierum. Nunc partes conuertite vos.

D. Faciemus, ut iubetis. Attamen singularum partium proprietas prius breuiter, ut pandas nobis, flagitamus.

M. Vestra curiositas modum non habet. ideoque modum *ma- *m. f. ma-
nualis libelli excedere vultis. ^{nuelu,}

Proprium nominis est substantiam, vel qualitatem, vel quantita- ^{mendosd.}
tem significare.

Et proprium est Pronominis pro nomine poni proprio, & certas
significare personas.

Verbi verò proprium est, actionem, vel passionem, siue vtrumque
cum modis, & temporibus significare.

Proprium Aduerbii est, cum verbo poni: & sine eo perfectam si-
gnificationem non habere, vt benè lego.

Participii proprium est, tempus habere, & casus; ideo à quibusdam
verbum casuale dicitur.

Proprium Coniunctionis est, cum omnibus partibus modò præ-
posita, modò postposita iungi, & coniungere partes.

Proprium prepositionis est, anteponi casualibus semper separatim.

DE NOMINE.

F Eia, agè Saxo, ingrediamur disputationem nominis per ordi-
nem. & primum dic, quid sit nomen?

S. Nomen est pars orationis secundū Grammaticos, quæ unicuique
corpori, vel rei communem vel propriam qualitatem distribuit; & est
nomen dictum, quasi notamen, eò quod hoc notamus singulas sub-
stantias, vel res communes: vt homo, disciplina.

Proprias, vt Virgilius, Arithmetica.

Interrogemus tamen ô France, Magistrum, Philosophicam defi-
nitionem nominis.

M. Nomen, vox significatiua, secundum placitum, sine tempore
definitum, aliquid significans in nominatio cum est, aut non est: vt
homo est, homo non est.

In casibus licet addas est, vel non est, nihil tamen certum significat,
si non apponas quid sit, vel quid non sit: vt hominis est, hominis
non est.

Secundum placitum, id est, compositionem singularum gentium.

Sunt nomina composita, vt quod latinè dicis, aurum, hoc græcè
Χρυσός dicitur. Vna est substantia: sed diuersa nomina.

F. Quot accidunt nomini?

S. Sex, secundum Donatum, Qualitas, comparatio, genus, nume-
rus, figura, casus.

Secundum Priscianum quinque. quia ille qualitatem, & temporationem simul species nominauit. quia sunt omnia nomina propria speciei, vel appellatiua: principalis, vel deriuatiua. Propria, ut Iulius. Appellatiua, ut mons. Principalis, ut Iulius, mons. Deriuatiua, ut Iulianus, montanus. In quibus, id est, deriuatiuis, comparationis nomen imposuit.

F. Propriorum nominum species quot sunt?

S. Quatuor. Prænomen, nomen, cognomen, agnomen.

Prænomina sunt, quæ dignitatis vel differentie causa propriis minibus præponuntur, ut Anicius, Boetius. Anicius à nobilitate, Boetate generis dicitur. Differentia, ut, Lucius Cornelius, & Publius Cornelius. Notanturque Prænomina, vel singulis literis, vel binis, vel ternis. Singulis, ut M. Marcus. Binis, ut Cn. Cnæus. Ternis, ut Sex. Sextus.

* m. s. Prænomina,
* GN. GNEVS,
m. s. m. s. m. s.

Nomen, est vniuersaliusque proprium, ut Paulus.

Cognomen est cognationis, vel familiaris commune nomen, vel proprio. Nam ab eius nomine, omnis cognatio illa sic dicebatur.

Agnomen, quod ab aliquo euentu sic dicitur, ut Africanus, quia Africam vincebat.

* vicerat
forte leg.

F. Appellatiuorum species quot sunt?

S. Multæ sunt. Alia corporalia, ut homo, terra, mare.

Alia incorporalia, ut pietas, dignitas, iustitia.

Alia principalia, ut mons, schola.

Alia deriuatiua, ut montanus, scholasticus.

Alia comparatiua, ut fortior, fortissimus.

Alia denominatiua, ut sanctus, sanctitas, sapiens, sapientia.

Alia diminutiua, ut Rex, regulus.

Alia homonyma, ut nepos, acies.]

Alia synonyma, ut gladius, ensis, mucro.

Alia adiectiua, quæ possunt in laude, vel vituperatione poni, ut iustus homo, iniustus homo.

Alia in medio posita, ut magnus. dicimus magnus Imperator: magnus latro.

Hæc & accidentia sæpè fiunt: ut niger coruus, aleum mare.

Alia, ad aliud, ut filius, seruus. dicendo filium, & seruum, patrem significamus, & dominum.

Alia sunt, quasi ad aliquid: ut dies, nox: dextera, sinistra. nam quousvis vnum horum intereat, potest tamen alterum manere. non sic dextera, & seruo.

Alia sunt gentem significantia, vt Græcus, Hispanus.

Alia, patriam, vt Romanus, Thebanus.

Alia interrogatiua, vt, qualis, quantus, quot? cum suos seruant accentus.

Alia relatiua, vt tantus, talis, tot.

Alia collectiua, quæ in singulari numero multa significant, vt populus, plebs.

Alia, diuidua, vt bini, terni, centeni.

Alia factitia, id est de sono facta, vt tintinnabulum, turtur, * clāgor. ** m. f. clāgor.*

Alia sunt generalia, quæ in diuersas species possunt diuidi, vt animal, arbor. *ler, mens, dos.*

Alia specialia, vt homo, vitis.

Alia ordinalia, vt primus, secundus.

Alia numeralia, vt unum, duo, tres.

Alia absoluta, vt Deus, ratio.

Alia temporalia, vt mensis, annus.

Alia localia, vt propinquus, longinquus.

Alia patronymica, vt Scipiades, à Scipione, Theseides, à Theseo, Hæc sæpe ab auis fiunt, & à Conditoribus, vt Illiades, Æneades.

Sunt alia possessiua, quæ aliquid ex his significant, quæ possidentur, vt Euandrius ensis, & regius honor. hæc cum genitiuo principaliter interpretantur, vt, Euandrius ensis, & regius honor.

Sunt & aliarum species, quas Donatus ponit, sed illæ, in his reperiuntur, vt qualitas, quantitas, In Adiectiuis, & accidentibus inueniuntur, bonus, magnus, mediæ sunt * significationis. ** significationes, m. f. dos, in m. f.*

F. Comparationes nominum unde veniunt?

S. A nominibus adiectiuis, & accidentibus alicuius substantiæ, quæ tatem, vel quantitatem animi significantibus, vel corporis. quæ possunt vel incrementa, vel detrimenta sumere. Homo, vel lapis, substantia est. Homo prudens, & prudentior: lapis magnus, & maior dicitur.

Et semper Comparatiuus communis est generis, vt hic & hæc prudentior. Et neutrum in ius, vt, Hoc prudentius facit.

Inuenitur & Comparatiuus pro Positiuo poni, vt Virgil. ----- comites senioris Acestæ, pro senis. Est, quando minus Positiuo singulari significat, & nulli comparatur: vt Virgil. Tristior, atq; oculos lacrimis suffusa nitentes, Tristior, hæc ex parte significat tristem.

Fiunt

* m. f. ab-
soluta.

Fiunt & à comparatiuis diminutiua, vt maiusculi, minusculi. non * absolute, vt cetera diminutiones, sed ad aliquid respectum Terent. Vt Thais paulò quàm ego sum maiuscula est.

F. Cuius generis Superlatius fit?

S. Superlatius mobilis est per tria genera. Prudentissimus, un-

F. Superlatiuorum quot sunt species?

S. Octo. Simus, rimus; in quas pleraque desinunt Superlatiuus, ximus, timus, tremus, imus, nimus. Sanctissimus, pulcherrimus, simillimus, maximus, vltimus, extremus, minimus.

E longae dum ubique i penultima corripitur: prater primus, ma-

F. Comparatiuis, & Superlatiuis, quibus iunguntur calib-

S. Ablatio vtriusque numeri iungitur Comparatiuis: vt Hector fortior Diomede fuit, & audacior Troianis. Superlatiuis genit-

* m. f. ge-
nere, men-
dois.

plurali, vt, Hector fortissimus Troianorum fuit. Inuenitur quoque & singulari iungi * generi, cum ipsum singula nomen multitudinem significat: vt, Hector fortissimus est Troian-

gentis. Est, quando Superlatius per se ponitur, & nulli comparatur. Sicut pro valde Aduerbio accipiendum est, vt Fortissimus fuit Hannibal, id est, valde fortis.

F. Memini te, Saxo, dixisse: quod aliqua nomina appellatiua, etiam diminutiua. num à propriis Nominibus possint fieri diminutiua?

S. Possunt, vt, à Sergio, Sergiolus. ab Antonio, Antonialet.

S. Quot modis, diminutiua sunt?

S. Tribus modis, aut necessitatis causa: vt, à rege, regulus, hoc est, parvus rex, vt Salust. Postquam reguli coire in vnum. Aut, vrbis causa: Iuuenalis, --- * malim fraterculus esse gigantum. Aut adiectiua causa, vt pueris Sergiolis.

F. Formae igitur diminutiuorum quot sunt?

S. Masculini generis, XL. culus, ulus, olus, ellus, xillus, illus, alius, aster; vt, agniculus, tantulus, capreolus, agnellus, pauillus, codicillus, homulus, homuncio, parasitaster, aculeus, nepotulus.

Feminini generis VII. cula, ula, ola, ella, xilla, illa, ulla; vt, agnicula, syluula, vnciola, capella, maxilla, anguilla, vlla.

Neutrorum, VII. sunt formae: culum, ulum, olum, ellum, illud, ullum, vllum; vt, corpusculum, capitulum, lauricolum, lucellum, villum, vexillum, vllum.

Fiunt & diminutiuorum diminutiua tertio, vel quarto gradu: vt, p-

Paulus, Paululus, & paxillus, & paxillulus, homo, homuncio, homunculus, homulus, homullulus.

Ecce, France, de Appellatiuis speciebus, habes abunde, vt reor, licet nullus tua auiditati possit satisfacere.

F. Non sum tam auidus, quam tu inuidus: qui nulla vis aperire, nisi interrogatione coactus.

S. Interroga quæ vis: ego non ero segnis respondere.

DE GENERIBVS.

F. Nunc, vt aſſimo, ordo accidentium nominis poſcit à generibus inquirere: vnde, genera dicta ſunt, primò velim ſcire.

S. Genera dicta ſunt à generando. quapropter propriè genera ſunt, quæ generare poſſunt: id eſt, maſculinum, femininum. Nam neutrum, & commune, modò vocis qualitate, quàm natura diſcuntur. Epicæna, promiſcua ſunt: & ſub vna voce maſculinum proferitur, & femininum.

F. Quid eſt inter commune, & epicænum?

S. Quod cõmune modò maſculino, modò fœminino articulo, prout conſtructio orationis eget, iungitur. Epicænon ſemper vno articulo proferitur, & vtriuſq; naturæ animalia vna voce, & vno articulo ſignificat.

F. Num omnia nomina certi ſunt generis? S. Nequaquam.

F. Vnde ſunt dubii generis nomina? fortè differentia causa?

S. Non differentia; nec aliqua neceſſitatis cauſa, ſed ſola auctoritate veterũ: vt hic, & hæc finis, cortex, filex, margo, cardo, fornax, frutex, frons, veſper, humus, arcus, limus, latex, hic, & hoc ſal. Cato; ex ſale, qui apud * Carthagenſes ſit. Africanus quod loquitur, ſal * veterum eſt.

F. Quæ ſunt fixa nomina?

S. Quæ, in alterum genus tranſire non poſſunt, vt pater, mater.

F. Quæ ſunt mobilia?

S. Quæ moueri poſſunt, & in aliud tranſire genus. Alia, ex propriis, vt Marcius, Marcia. Alia, ex appellatiuis, vt Bonus, bona, bonum.

F. Quot literis maſcula finiuntur nomina?

S. Septem, A, O, L, N, R, S, X, vt Scriba, Cicero, ſol, flumen, Cæſar, bonus, rex.

F. * Feminina quot?

S. Eiſdem, vt Romana, virgo, Tanaquil, ſiren, mater, ciuitas, pax.

k k

F. Neu-

* m. f. Carthagenſis.
* Gloſſema
notat, pu-
ra ſapien-
tia.

* m. f. fe-
mina, mē-
deſt.

- * M. S. cā-
mi mendo-
sō.
- F. Neutra, quot?
Duodecim. a. e. i. u. l. m. n. r. f. c. t. d.; vt poema, mare, gummum, mel, regnum, numen, tuber, sidus, lac, caput, aliquid.
- F. Quomodo possum scire, cuius generis sit nomen quodlibet?
S. Singula verò terminationes habent regulas praxas, quæ genera possint in eis esse. Sed longum est hoc, & huic nostræ parti computationi onerosum edicere.
- F. Hoc est, quod pridem dixi.
S. Quid nam?
F. Quid? nisi quod inuides meæ peritiæ.
S. Nequaquam frater; sed tuæ auaritiæ modum imponere volui.
F. Modum meæ auaritiæ, & non tuæ tenacitati imponere vis.
S. Eia, perge quod velis, sequor te.
F. Pergam interrogando; tu sequere respondendo. Et primum in quo sit maxima nominis difficultas.
S. In Generibus & declinationibus.
F. Declinatio, in quo agnoscitur.
S. In terminatione* genitiui casus. Nam o.
F. Quot sunt terminationes genitiui casus?
S. Quinq;: atque ideo quinq; sunt nominum declinationes.
F. Dic singulas.
S. Prima in æ; vt hic poëta; huius poëta.
Secunda in i; vt, hic doctus; huius docti.
Tertia in is breuem; vt hic pater; huius patris.
Quarta, in us productam; vt hic senatus; huius senatus.
Quinta, in ei; diuisas: sic dies, huius diei.
F. Nomina in a; cuius generis, vel declinationis sunt?
S. Omnia, si latina sunt, primæ, & trium generum: masculini, minini, communis.
F. Discerne quæ pertineant ad hoc vel illud genus.
S. Hominum nomina in a. definitia, masculini sunt generis, vt Sylla, Seneca. Aliarum verò rerum propria, femina sunt, vt Roma, Illia, curia. Et omnia appellatiua feminini sunt generis, vt regina, stitua. nisi hæc, quæ ad officia virorum pertinent, vt lixa, scriba, caliga: & quæ à Græcis sumptimus, mutatione s. finalis in a, vt poëta, citharistes, nos poëta, citharista dicimus. Et quæ à verbis compositæ sunt, vel deriuatiua, communia sunt, vt hic, & hæc agricola, rure aduena, particida, conuiuia: & similia.
- * M. S. gē-
nerini.

F. Aliarum *prosequere vocalium regulas.

S. Faciam. In e. omnia tertiae declinationis, & neutri generis, vt hoc *monile.

In i. neutrum, hoc gummi.

O. finita omnia tertiae declinationis: sed diuersi generis. E, antecedente o. masculina propria sunt, vt labeo, ganeo, alco. I. antecedente o. quando sunt verbalia, feminina sunt, vt oratio, actio, coniugatio, &c. G. vel di. praepositis o. si mutatur o. in i. in obliquis casibus, feminina sunt, Virgo, vligo, dulcedo, cupido: quod & masculinum est, quando proprium est. Excipiuntur, hic ordo, cardo, mango, margo, prado, cudo, spado: & communia, homo, latro. Item, duo, ambo, octo, pondo communia: & Iuno, & caro feminina. Alia omnia masculina sunt, vt stellio, cicero, carbo, sermo. In u. neutra sunt, & quarta declinationis, vt cornu, genu, gelu. & sunt aptota in singulari numero.

F. placet, quod dicis, licet *III. dicas. Sed consonantium regulas pande per te, me tacente, & probante.

S. Fiat. in e. neutra duo, lac, Alec.

In d. neutra; quid, quod, aliud. quae nomina esse multis modis ratio probat.

In i. si Latina, neutra sunt: tribunal, vestigal, & sal: quod masculinum, & neutrum inuenitur.

Si barbara fiunt, masculina sunt, vt Hannibal, &c.

In el neutra, mel, fel.

In il vnum masculinum, pugil. Vnum femininum, Tanaquil: vnum commune, vigil: vnum neutrum nihil indeclinabile.

In ol vnum masculinum, fol.

Vi finita, duo masculina, consul, praesul: vnum commune, exul.

In am, vnum commune, vt hic, & hac, & hoc nequam.

Et omnia haec iuxta tertium flectuntur ordinem.

In um, omnia neutra sunt, & secunda declinationis, vt teplus, tepsa.

In en, nouem sunt masculina; lien, rien, flamen, pecten, tibicen, fidicen, liticen, tubicen, cornicen. cetera omnia neutra sunt, vt carmen,

flumen, & omnia tertiae declinationis.

Ar. finita sunt tertiae declinationis, vt neutralia: vt torcular, pului-

nar. Exceptis, hic Caesar, lar, & Nar fluminis nomen, & communis generis

hic, & hac, & hoc par, & quae ex eo composita sunt, impar, dispar, copar.

Er. finita, exceptis haec mater, haec mulier: & neutris his, suber,

papauer, cadauer, lafer, filer, iter, cicer, sifer: & communibz hi per, vber, celer: alia omnia masculini sunt generis. Alia secundæ tertiæ declinationis. quorum declinatio facile ex obliquis caduere intelligi potest. Ideo de declinationum diuersitate minime laborare cenſeo.

F. Fac, ſicut placet. Ex me enim poſſum declinationes, vt dixi, periri.

In ir, vnum masculinum, hic vir, & ex eo composita, femininum uiuir, *leuir, & vnum neutrum, hoc ir indeclinabile: & sunt huiusmodi declinationis.

S. In or, desinentia tertiæ formæ ſequuntur declinationis: & masculina propria, vel appellatiua: vt, Hector, orator, furor, doctor, exceptis tribus femininis, foror, vxor, arbor: & neutris his, adolor, mor, æquor, ebor, olor, femor, cor; & commune, hic, & hæc, adicolor, discolor, concolor, memor, & immemor; & omnia comparatiua finita, communis sunt generis, vt hic, & hæc doctor, melior, caput vno, hic ſenior. In ur, vnum ſecundæ inuenitur: hic ſatur, & ſatura feminino. Masculina verò hic Aſtur, turtur, vultur, communia hic, & hæc augur, & fur. Alia omnia neutra ſunt, vt guttur, ſulphur, murmur, iecur, & tertiæ declinationis.

As, ſyllaba terminata, feminini ſunt generis, vt, hæc dignitas, pietas, exceptis hic as aſſis, mas maris, vas vadis, & hoc vas valis; & hoc ias ſas, & omnis generis, iugas, & omnia tertiæ declinationis ſunt. Sed inueniuntur propria primæ declinationis, hic Aeneas, Lyſias. Exceperunt quoque, patriæ nomina, hic Mycenæ, Capenæ, Arpinæ.

In es, correptam terminata, ſi naturaliter de mare, & femininis ſignificatio poteſt eſſe, communia ſiunt, vt hic & hæc hebes, id eſt, taurus ſic teres, comes, diues, ſoſpes, hoſpes, præſes, deſes, obſes, lupus, quadrupes, ſonipes. Alia verò omnia, id eſt, quæ nullam naturalem communionem cum feminis habent, masculina ſunt, vt ſiſpes, limas, fomes, ceſpes: Exceptis in ges, ſyllabam deſinentibus, & in gentilibus ſeruantibus, vt hæc ſeges, ſegetis, teges, & abies; & omnia tertiæ declinationis. Alia, in es, productam deſinentia, ſi propria ſunt, masculina erunt: vt Hercules, Vlixes, & verres appellatiuum, cum prope cum ſignificat: & commune, vt hæres, locuples. Alia verò omnia feminina ſunt: quædam tertiæ, vt cædes, ſtrages, vulpes, apes. quædam verò quintæ, vt facies, effigies, ſpes, res, fides, & omnia in es prima finita, quintæ ſiunt declinationis, præter quæ abies, panis, & ver-

nia, consonante precedente, tertia sunt declinationis, præter spes, & fides, res.

In is omnia tertia declinationis sunt, sed in is terminata, si n vel e ante is habent, vel si vna syllaba supercrecunt in genitiuo, omnia masculina sunt, vt hic panis, piscis, hic lapis, lapidis: exceptis hæc bipennis, & hæc cuspis, cassis, cassidis, hic & hæc canis. Inueniuntur quoq; pauca, licet his regulis non subiacent, masculina, vt hic fustis, ensis, postis, anguis, vnguis, collis, follis, corbis, vectis, mensis, torquis, axis, orbis. Si sunt verò adiectiua, vel deriuatiua, vel ad homines solos pertinentia, semper communia fiunt: vt hic & hæc fortis, suavis, dulcis, exanguis, exanimis, ciuis, hostis, ædilis. alia omnia feminina sunt: hæc auis, classis, cutis, & tertii ordinis cuncta.

In OS feminina tria, cos, dos, glos: communia quinq; custos, sacerdos, bos, compos, impos. Neutra duo: os oris, os ossis. Alia omnia masculina, mos, flos, ros, nepos, lepos; & tertia declinationis omnia.

VS tam multiplex est in generibus, & declinationibus, vt nullatenus tibi, o Fræce, sub angustia hui? nostri * lusus, eius possim pädere diuersitates. Nam trium declinationum est, secunda, tertia, & quarta. Generis quoq; masculini, feminini, & neutri, communis, & omnis, & epicæni.

F. Pande tamen aliquas de eo regulas, sæpè, dum solem non habemus, ad effugandas nocturnas tenebras, * laternis vtimur.

S. Ergò in VS masculini generis propria, vel appellatiua mobilia, vel fixa, secunda sunt declinationis. Propria: vt Terentius Terentii, Marcus * Marci. mobilia: vt bonus boni, sanctus sancti: fixa, campus campi, hortus horti, fumus. Et tria feminina secunda: hæc colus, aluius, humus. Item feminina arboru noia, secunda sunt: hæc pirus, prunus, pinus, fagus fagi, &c. Item neutra tria: hoc vulgus, virus, pelagus. Alia neutra in VS finita, omnia tertia sunt declinationis: vt ius iuris, munus, pondus, corpus, pectus. In VS productum feminina omnia tertia sunt, & vna syllaba in genitiuo accrescunt: vt salus salutis, tellus, telluris, V producta, in obliquis, excepto * palus paludis, Venus Veneris. Vnum omnis generis, vt hic, & hæc, & hoc vetus veteris, & communis generis pauca, hic & hæc Ligus Liguris, grus gruis, sus suis, & epicæna, mus muris, & vnum masculinum, lepus leporis. Igitur quarta declinationis feminina hæc tantum sunt: * annus, manus, porticus, tribus, domus, aurus, socrus, quercus. Quæ vero à verbis, vel nominibus

ms. lusus
mendaco.

ms. lacer-
nis vtamur
mendosè.
m. l. Mar-
cii mendo-
sè,

* mendosè.

m. l. meu-
dosè legen-
dum,

kk 3

* *st. M. S.* nibus * participiis masculina sunt, & quartæ declinationis: ut hic status, huius status, status, à sto. ductus, à duco. consulatus, à consule. Tribunatus à Tribuno. Item S. vel, T, vel X. antecedentibus, ut masculina, & quartæ declinationis sunt, ut risus, metus, sexus. Item penus, & specus, tam masculini, quam feminini, & neutrius. Inuenitur etiam secundæ, tertię, & quartæ declinationis, * acus, & hæc acus. Inuenitur in usu, & hoc acus, accis, purgamentum frumenti. Pus, & virus, indeclinabilia sunt.

In X. literam quacunque vocali, vel consonante antecedente, omnia tertię sunt declinationis, sed diuersorum generum. Vtamen breuiter dicam: Omnia accidentia X. litera finita, communia sunt, ut hic, & hæc, & hoc audax, aurifex, velox. Item appellitiua, ad utrumque sexum hominum pertinentia, communia sunt: ut hic, & hæc, & hoc coniux, dux. quæ verò ad solos mares pertinent, masculina sunt, ut rex; & quæ, ad solas feminas, feminina sunt, ut *pellex*. Propria masculina sunt, ut hic Ajax, Pollux: Item, quæ na syllaba accrescunt in genitiuo, masculina sunt, ut hic vertex, apex, latex, cortex, codex, pollex: calix, fornix, * natrix & reliqua. Feminina verò hæc sunt: fornax, filex, ilex, carex: falx, radix, cornix, salix, meretrix, cicatrix, celox. Item omnia verbalia feminina sunt, ut Arrix, genctrix, nutrix. Item, monosyllaba omnia feminina sunt, ut pax, lex, pix, nox, lux, arx, falx; excepto rex, & hic grex, & hic & hæc dux.

T. finitum vnum inuenitur neutrum, caput: & ex eo composita sunt, sinciput, occiput.

Quæ nomina in duas desinunt consonantes, si sint accidentia, utrum generum omnia, ut hic, & hæc, & hoc expers, prudens, inops, cebs, princeps, parens. Pauca, masculina, Maiors, Aruns. Pauca, feminina, hiems, cohors, adeps. Monosyllaba in duas desinentia consonantes, maxime feminina sunt; ut ars, fors, gens, mors, lens, frons, pars, fors, scrobs, slips, trabs, vrbs, puls: exceptis, hic mons, pons, duns, Mars.

In aus, feminina, laus, fraus.

In æs, masculinum præ, prædis. Neutra æs aris, Vix aliquando sonore me soluebam grauissimo.

F. Sed gratissimo, quapropter ad numeros transeamus.

S. Fiat.

DE NUMERO.

F. Numerus quid est?

S. Dictionis forma, discretio quantitatis.

F. Numeri nominum quot sunt?

S. Duo. singularis ut homo: pluralis, ut homines. Sed singularis numerus finitus est: pluralis, infinitus est. Cum dico, homo, certum est unum me significasse. Cum homines dico, incertum est, de quot, nisi addam, decem, centum, mille vel quot libet: Nam à duobus, ad innumerabiles extenditur significatio.

F. Quae dictiones habent numeros?

S. Quae personas habent: id est, nomina, pronomina, verba, participia: ut vir, viri ego lego, nos legimus: hic legens, hi legentes. Ideo infinita verba, & impersonalia carent numero, quia non habent personas.

F. Numquid aduerbia non habent numeros?

S. Habent: sed inter accidentia adverbii numerus non ponitur: & indeclinabiles sunt numeri adverbiorum: & ad singularem, & pluralem dictionem * aequè ponitur, ut ter feci, & ter fecimus.

F. Quid tum interest inter numerorum nomina, indeclinabilia, & inter aduerbia.

S. Quod aduerbia & singularibus, & pluralibus similiter iunguntur: ut milles dixi, & milles diximus. Nomina verò non nisi pluralibus, ut mille homines diximus.

F. Sunt ne aliqua nomina, quae una literatura utrosque, habent numeros?

S. Sunt. Nam in prima declinatione, generis * dativi singularis una voce cum nominativo & vocativo plurali proferuntur: ut lacuna. huius, & huic poëtae; & in omnibus hoc idem inuenies declinationibus sepius. Secunda, ut huius docti, & hi docti. Tertia, haec cedes, & haec cedes. Quarta, hic fluctus, huius fluctus, hi, & hos, & o fluctus: us, productam in omnibus his casibus. Quinta, haec res, & o res, haec, & has, & o res.

In Pronominibus quoque, & participiis inuenies voce communia, ut illi, isti, ipsi, dativi singularis, & nominativi pluralis. In participiis mobilia omnia in eadem voce habent feminina in singulari nominativo, & neutralia in plurali, ut haec victura femina, & haec victura animalia. In verbis verò nulla vox est, quae

* M. S. a-
que men-
dosissime.

* in M. S.

quæ eadem possit esse in singulari numero, & plurali.

F. Vnde aliqua nomin. sicut in Donato legi, semper singularia & aliqua semper pluralia?

S. Natura, vel vsu. Natura, vt propria, quæ naturaliter indidua sunt, vt Hector, Achilles, sol, luna, Italia, Sicilia. Vsu, vt sanguis, pulvis, lux, vita. Item, quæ ad pondus vel mensuram pertinent, singularia sunt, vt aurum, triticum, &c. similiter natura, vel vsu, quædam sunt semper pluralia: Natura, & gemini pisces in cælo. Vsu, vt arma, mensura, dinæ, Kalendæ. Nam per omnia genera inuenies quædam semper singularia, quædam semper pluralia, quæ studio breuitatis nobis permittenda esse reor.

DE FIGVRIS.

F. Fiat, vt vis, etsi non libens, tamen consensio. sed de figuris sputemus. Et primo dic, quid sit inter figuratas dictiones, & derivatiuas.

S. Quod figuratæ dictiones, aut simplices sunt, vt magnus, aut compositæ, vt magnanimus. Deriuatiua autem à simplici nomine deriuntur, vt à pio, pietas; aut à composito, vt à magnanimo, magnanimitas, quæ decomposita dicuntur. Composita intelligibilia semper lubilia debent esse. In integras dictiones, siue ex integris, siue ex corruptis componantur, vt respublica: ex duobus corruptis, vt parricida, ex pariete, nomine, & cadere, verbo. Magnanimus si dico, à magnitudine animitate esse compositum, non potest esse, quia animitas intelligibile non est. Ideo necesse est, vt à composito, id est, magnanimo deriuatum magnanimitas.

F. Quot modis componuntur nomina?

S. Quatuor. Ex duobus integris, vt iusiurandum, ex duobus corruptis, vt parricida. Ex integro & corrupto, vt inimicus: ex corrupto & integro, vt efferus.

F. Cum quibus partibus componuntur nomina?

S. Cum omnibus, præter Interiectionem. Cum nominibus, vt paterfamilias: cū pronomine, vt illiusmodi. Cum verbo, vt Lucifer. Cum adverbio, vt satisfactio. Cum participio, vt plebiscitum. Cum constructione, vt uterque. Cum præpositione, vt perihidus.

F. A quot dictionibus componuntur nomina?

F. A duabus, vt septentrio. A tribus, vt inexpugnabilis, vel à compluribus, vt cuiuscunque modi.

F. Quo-

F. Quomodo declinantur composita nomina?

S. Si ex nominatiuo, & obliquo casu componuntur, ea parte, qua nominatiuus casus est, declinantur, vt hic tribunus plebis, huius tribunus plebis; huic tribunus plebis, & reliqua. Si ex duobus nominibus, vt inq; declinantur, vt hoc iusiurandum, huius iurisiurandi, huic iurisiurando. Sin ex duobus obliquis componuntur, manent indeclinabilia, vt huiusmodi, istiusmodi, eiusmodi. Componuntur quoq; singularia cum pluralibus, vt orbis terra, orbis terrarum. Possunt tamen hæc eadem composita etiam separata esse, si diuersos accentus his dederis, vt res publica: vel si coniunctione interponas, vt tribunusq; plebis.

F. Accentus compositæ figuræ quomodo fiunt?

S. Per omnes casus, & per omnes compositiones, semper sub vno accentu proferuntur, vt iusiurandum, iurisiurandi, cuiuscunq; modi.

Verte te France ad casus, quia de figuris habes, quod quæstisti.

F. Vertam, & lætus vertam, quia placitas mihi met rationes protulisti de figuris.

DE CASIBVS.

Et primo mihi explana, vnde casus dicatur?

S. Casus utiq; à cadendo dicitur, quia ab hoc sensu cadit in illum: vel ab hac terminatione cadit in illam.

F. Scio sex esse casus: sex singulorum interpretationes velim pandere te, ô Saxo.

S. Bene vis. Primus nominatiuus, quia per ipsum nominatio fit. Ille dicitur & rectus, quia primus à natura nascitur: & ab eo facta inflexione nascuntur alii. Deinde genitiuus, quia per ipsum genus significamus, vt genus est Priami Hector. Ille quoq; appellatur possessiuus, eo quod possessionem semper per eum significamus, vt Priami regnum. Post hunc datiuus est, qui à dando dicitur, significans aliquid nos dare: vt do tibi illam rem, qui & mandatiuus dicitur, vt commendo homini illam rem. Quarto loco est accusatiuus, qui & causatiuus, vt accuso hominem. Tum vocatiuus, qui & salutatiuus vocatur, vt ô Aenea; & salve, Aenea. Nouissimè Ablatiuus ponitur, qui & comparatiuus, significans aliquid absumi, vel comparari: vt aufero ab Hectore gladium; & fortior Hectore Achilles est.

F. Ordinem quoq; cur sic positi sint, profer?

S. Nominatiuus primum sibi locum usurpat, quia primum natura hunc protulit. Genitiuus secundum; quia naturale vinculum generis

possedit: omnesq; obliquos generat. Dativus tertium: quia magis amicis conuenit. Accusatiuus quartum: qui ad inimicos saepius pertinet. Deinde vocatiuus: quia imperfectior est aliis sensu: & ad secundum solummodo pertinet personam. dum alii casus ad omnes personas pertinent. ut ego homo sum, tu homo es, ille homo est: mei, tui, illius minis est: mihi, tibi, illi homini da, me, te, illum hominem accola: a te, ab illo homine hoc ptuli. Solus vocatiuus dicit, o homo veni ablatiuus, quia nouissime repertus est, nouissime ponitur.

F. Num omnia nomina per omnes casus declinari possunt?

S. Non possunt. quia sunt nomina, quae nominatiuum solum habent, & dicuntur aptota. ut fas, git, pus, ir. Sunt quae nominatiuum non habent, ut Iouis, Ioui, Iouem, a Ioue, Alia, in quibus tres tantum obliqui inueniuntur; frugis, frugem, a fruge. Alia, in quibus duae vocem, a vice. Alia, in quibus vnus, ut sponte, coepe.

F. Quot formae casuales sunt?

S. Sex sunt nomina monoptota: quae vna terminatione pro omni casu funguntur, ut gummi, nequam. sub qua regula sunt etiam nomina literarum, & numerorum a quatuor usque ad centum. Dipoptota sunt, quae duos casus diuersos habent, ut fors a forte. Vel omnes duobus tantum diuersitatibus discretos, ut cornu: omnes casus habet a breuem u. Alia triptota, qualia sunt neutra in secunda declinatione, quae tres diuersitates casuum habent, ut templum, templi, templum, & omnia neutra pluralia per omnes declinationes, sidera, siderum, sideribus. Alia tetraoptota: qualia sunt omnia in 1^a declinatione secundae declinationis, ut puer, pueri, puero, puerum. Alia pentapoptota: qualia sunt masculina secundae declinationis in vs. finita: videlicet, doctus, docti, docto, doctum, docte. Hexapoptota sunt, quae sex diuersos habent casus: ut est vnus, vnus, vni, vnum, vni, vno.

F. Ne sit tibi onerosum singulorum casuum terminationes per omnes quinque declinationes mihi exponere.

S. Longiorem me facis multis interrogationibus.

F. Quid si vtiliorem in necessariis regulis?

S. Prima declinatio Genitiuum & Dativum in E diphthongo. Accusatiuum in AM, Vocatiuum & Ablatiuum in A. desinunt. Vnde

Hic Poeta: Genitiuo huius Poetae. De huius Poeta. hunc Poetam. & Poeta. ab hoc Poeta. Nominatiuus & Vocatiuus pluralis in -E. Genitiuus in -arum. Datiuus & Ablatiuus in -is. nisi sit discernendi generis causa, vt deabus, filiabus, natabus, equabus. Accusatiuus in -as. Hi Poetae, horum Poetarum, his Poetis, hos Poetas, & Poetae, ab his Poetis.

Secundae Declinationis Genitiuus in -I. definit. Datiuus & Ablatiuus in -O productam. Accusatiuus in -um. nisi sint neutra, quorum accusatiuus vbique sequitur suum Nominatiuum, seu in singulari numero, seu in plurali. Vocatiuus similis est Nominatiuo. In illis omnibus, quae in -m. vel -r. desinunt: si vero in -ius nomina desinunt propria, Vocatiuus in -I. vt Virgilius, Virgili. Si Nominatiuus in -VS, Vocatiuus in -E. definit. Vt hic magnus, magni, magno, magnum, magne, magno. Nominatiuus & Vocatiuus Pluralis, nisi in neutro, per -I. finitur. Genitiuus in -orum. Datiuus & Ablatiuus in -IS. Accusatiuus in -OS. hi magni, magnorum, magnis, magnos, magni, magnis.

Tertiae Declinationis Genitiuus in -IS. Datiuus in -I. Accusatiuus in -EM. In paucis in -IM, vt turrim, sitim. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in quibusdam per -E, correptam. vt à patre. In quibusdam per -I. vt liberi. In quibusdam per -E, & -I, vt à felice & felici. Hic Rex, Regis, Regi, Regem, Rex, à Rege. Nominatiuus & Accusatiuus Plurales in -ES productam. In paucis Accusatiuus in -IS, vt turris. Genitiuus in -VM. In quibusdam in -IVM, turrim. Datiuus & Ablatiuus in -BVS. Hi Reges, Regum, Regibus, Reges, Reges, à Regibus.

Quarta Declinationis Genitiuus singularis in -VS productam, Datiuus in -VI. Accusatiuus in -VM, Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus -V. productam: Vt hic senatus, huius senatus, huius senatui, hunc senatum, & senatus, ab hoc senatu. Nominatiuus pluralis, & Accusatiuus, & Vocatiuus in -VS productam. Genitiuus in -VVM. Datiuus & Ablatiuus -BVS. Vt hi senatus, horum senatum, senatibus, senatus, & senatus, à senatibus.

Quinta Declinationis Genitiuus & Datiuus singularis in -EI. definit. Accusatiuus in -EM. Vocatiuus similis est Nominatiuo. Ablatiuus in -E profertur. Vt haec res, huius rei, rei, rem, res, à re. Nominatiuus, & Accusatiuus, & Vocatiuus pluralis in -ES. Genitiuus in -VM.

II. 2

Dati-

datius, & ablatius in bus. ut hæc res, rerum, rebus, res, ô res, à res.

Num France adhuc sat habes de nomine?

F. Sat habuisssem, Saxo, si non ciniphes, quæ sunt in domo Magistri. aures mihi quæstiunculis suis implessent. Tamen, si placet, transeamus ad alia. Illas, quoquo modo excutiam.

S. Transi, quo velis, sequar te, quo vadis.

INCIPIT DE PRONOME.

F. Pronomen quid est?

S. Pars orationis, cum casu positum nominis vice: ne sapius iterum nomen fastidium faciat audienti, vel legenti: & finitas recipit personarum.

F. Pronomini quot accidunt?

S. Sex. Species, persona, genus, numerus, figura, casus.

F. Species pronominum quot sunt?

S. Duæ: quia sunt pronomina aut primitiua, aut deriuatiua.

F. Primitiua quot sunt?

S. Octo. Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is.

F. Deriuatiua quot sunt?

S. Septem: Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras.

F. Vnde hæc deriuantur?

S. A genitiuis primitiuorum. A mei, meus, à tui, tuus, à sui, suus: nostrum, noster, & nostras: à vestrum, vester & vestras. Hæc sunt quilibet cum pronomina, in quibus nulla dubitatio est.

F. Personarum pronominum quot sunt?

S. Tres. Sed prima persona, & secunda singulas habent voces, quæ præsentis semper sunt inter se, ut ego, tu. Tertia verò sex habet voces, quia tertiarum personarum plurimæ sunt diuersitates. ut sui, ille, ipse, iste, hic, is. Et tertia persona modò præsens est, ut iste: modò ablatiua, ut ille.

De Generibus Pronominum.

F. Genera Pronominum quot sunt?

S. Quinq; Masculinum, ut hic, femininum ut hæc, neutrum ut hoc commune, nostras, vestras. Trium generum ego, tu. Et omnia pronomina necesse est tria genera habere, vel in vna voce confusa, ut ego, tu, vel in diuersis distincta terminationibus, ut meus, mea, meum, quæ per vniuscuiusque rei proprijs accipiuntur nominibus.

DE FIGVRIS.

F. Figuram Pronominum dic?

S. Sunt Pronomina simplicia, vt iste, hic. Sunt composita, vt istic, quod ex isto, & hic componitur. Idem, componitur ex is Pronomine, & demum Aduerbio, & est numero commune: vt idem vir, & idem viri. In masculino i, pducta, in neutro i correpta: & eius femininum, eadem. Geminatur quoq; eius compositio in neutro, & dicitur idem, id est, idem & idem.

Componuntur pronomina cum Aduerbiis, vt eccum, id est, ecce eum, ellum, ecce illum. Et cum præpositione, sed per anastrophe, vt mecum, tecum, secum: & cum nomine, vt huiusmodi, istiusmodi.

*Vnde illa compositio, egomet, & huiusce, non est compositio, sed paralogus, id est, adiectio syllabæ. Et sunt quatuor eiusmodi adiectio-
nes, me, ce, te, pe: vt egomet, tute, meapte, huiusce, illice. quod per apo-
copen profertur, illic, vltima circumflexa. *m. f. v. de, f. men- dore.

De Numero.

F. Numeri pronominum quot sunt?

S. *Duo. Singularis vt iste. Pluralis, vt isti.

Sunt & numero communia: vt sui, sibi, se, à se. quod nominatiuo caret, differentia causa. quia, si esset hi, vel si, nominatiuus dubitatio-
nem fecisset inter hi, aliud pronomen, & si, coniunctionem. Vel quia
transitio, vel reciprocatio personæ in nomine non potest esse. quod sui
semper habet *reciprocatorem: vt, sui meminit. Transitio, vt suo
feruo loquitur. in m. f. de- sideraba- tur. vt passim personarū discretio: *m. f. reci- procatio mend.

De Casibus.

F. Casus pronominum *profer?

S. Casus Pronomini sunt, vt Nominum. Nisi quod prima perso-
na, & tertia, plus quinque casibus habere non possunt. quia vocatiuus in
eis fieri non potest: qui proprius est secundæ personæ, excepto meus,
possessiuus, quod mi facit vocatiuus. *duas ce. breues in i longū eupho-
niæ causa conuertens. cuius pluralis quoq; vocatiuū habet, o noster. *m. f. pro- ferre mendi. *m. f. dua mendose.

F. Quot formæ casuales fiunt in pronomine?

S. Sunt pronomina, monoptota: vt eccum, ellum, mecum, tecum.
Alia triptota: vt sui, sibi, se, mecum, tecū, secum. Alia tetraptota: tuus,
suus, illud, istud. Alia pentaptota. Ille, ipse, iste. Nam sexaptota non in-
ueniuntur pronomina.

F. Dum pronomina casus habent, & numeros, necesse est, ut habeant & declinationes, quarum regulas, ut edisseras, flagito.

S. *En, probus es scrutator.

F. Qui tu, tenax es largitor.

S. Quatuor sunt declinationes pronominum.

Prima est, quæ in tribus primitiuorum personis cernitur. Quæ Genitiuus & Datiuus in I. Accusatiuus & Ablatiuus in E. terminantur, ut ego, mei, mihi, me, à me. Tu, tui, tibi, te, à te. sui, tui, sibi, tibi. Primæ & secundæ personæ plurales, Nominatiuus, & Accusatiuus in os. Genitiuus in um. vel in i. Datiuus & Ablatiuus in is. ut nos, nobis, vel nostri, nobis, nos, à nobis. similiter & vos. Tertia persona non habet nominatiuum, & per ceteros casus communis est numeri, sicut

F. Vnde personæ intelliguntur pronominum?

S. In primis syllabis: in extremis casus, & numeri.

Secunda declinatio est in reliquis quinque primitiuis, quorum primum in ius, datiuus in i. definit, per tria genera: præter hæc solent, ne, hui, interiectio putetur. Accusatiuus autem & Ablatiuus singularis, & omnes casus plurales in masculino, & neutro secundæ declinationis Nominum terminationes seruant. In feminino primæ, ut illa, illius, illi, illum, ab illo. Et pluraliter: Illi, illorum, illis, illos, ab illis. Illud, illud, illam, ab illa. Illa, illarum, illis, illas, ab illis. Illud, illud, illud, ab illo. Illa, illorum, illis, illa, ab illis. Sic & *reliqui quatuor declinantur. Nisi hic, & hæc, & hoc, c. per omnes singulares casus declinant, præter Genitiuum.

Tertia declinatio est pronominum, in quinque derivatis, quæ secundum regulam nominum mobilium in utroque numero declinantur in masculino & neutro, secundam: in feminino primam sequens declinationem. Et sunt hæc: meus, tuus, suus, noster, vester.

Quarta declinatio est communium: & declinantur sicut in duobus reliquis, quæ sequuntur, tertiæ declinationis nomina: ut hic & hæc nostras, vestras: & hoc nostrate, vestratē; nostratis, vestratis. Ecce hæc, quæ vi extorsisti.

F. Melius est vi extorquere, quam non habere. Dic tamen de o. Vocatiuo casui in nominibus, & pronominibus, & participiis iungitur, est pronomina, an non?

S. Non est pronomen, sed Aduerbium vocandi, vel optandi eundem significationis. Dum dicis: heus iuuenis, & ô iuuenis. Et multæ personæ potest iungi, nisi secundæ.

F. Memor esto, dixisse te, XV. Pronomina esse, Sed quid est, quod Donatus inter Pronomina posuit, quis, qualis, talis, quot, tot, quotus, totus?

S. Memini me dixisse, XV. esse Pronomina: in quibus nulla dubitatio esset. De istis enim, quæ ponis, dubitatio est, an sint Pronomina, vel nomina. Priscianus, latinæ eloquentiæ decus, nomina interrogativa, vel relativa, vel redditiva substantiæ ea omnino dicit: & Pronomina negat esse posse, quia finitas personas non habent, quod proprium est pronominis cum casu iuncti, sicut et alia novem nomina mobilia, quidam errore seducti, pronomina dicunt esse, quia pronominum Declinationem habent: id est unus, vllus, nullus, solus, totus, alius, alter, vter, neuter; quos multa sectionis ratio reuincit.

An meus, tuus, suus, Nomina dicenda sunt: quia per omnes casus Nominum sequuntur Declinationem, quantum ad puerilem nostram disputationem pertinere visum est. De Pronomine habes sufficienter.

F. Sed totum te transfer ad Verbum.

S. Placet quod habeo: licet plus *indigissem.

F. Attamen totum me, vt suades, transferam ad inquisitiones verbi: Tute ad responsiones para.

S. Faciam.

*sic m. f. f. v. i.
legend. in-
dignissem.
semper.

DE VERBO.

F. Primò omnium Verbi definitionem dic mihi?

S. Magis interrogemus Magistrum quæ sit Verbi definitio secundum Philosophiam.

Disc. An habet Magister iuxta Philosophiæ rationem, hæc tam principalis pars definitionem propriam, veluti nomen?

M. Habet subtilem definitionem, & nobilem, & est huiusmodi.

VERBUM est vox significatiua secundum placitum, cum tempore definitum, aliquid significans, & *accedens.

D. Expone, pater, hanc nobis definitionem.

M. Dum dico, lego, actum significo legentis: quem actum alia Græcus significat voce: & ideo Verbum secundum placitum est. Tempusq; adtrahit, definitum, id est, certum aliquid significat. Et accides, Accidit enim actio, vel passio homini. Sed vestram vos intrate disputationem, hæc aliâs.

F. Fiat, vt iubet,

*sic m. f. h. v. i.
bet, legat.
ciden. & s
in f. a mon
patet.

F. Pro-

* M. s. ve-
bible/se.
et men-
dose.

F. Profer, Saxo, proprietatem * Verbi.

S. Verbum est pars orationis cum temporibus, & modis, sunt agendi, vel patiendi significatiuum.

F. si verba actum, vel passionem significant, unde dicuntur tra?

* non, for-
se leg.

S. Non ideo, quod actum, vel passionem * ne significant. ideo, quia vnum horum significant. Nam Actiua, in nostro acti-
terius passionem significant. Nam, dico, Amo te, patiar actum
um, id est, quod amo te. Et, dum dico, amor à te, patiar ego acti-
uum, id est, quod tu me amas. Neutra verò vniiformiter significant
vel agentem, vt ambulo; curro, prandeo: vel patientem, vt ardeo, ve-
neo, vapulo. Sed & casus non egent, quibus Actiua, vel Passiua ege-
nt. Nam Actiua, Accusatiuo casui iunguntur: vt amo te. lape & gen-
uum, vt memor sum tui. Et, datiuum; vt, dico tibi. Passiua, aditi-
iunguntur, vt, amor à te. Neutra Absoluta sunt, & per se scilicet
gnificant, vt vivo, spiro, pergo.

F. Verbo quot accidunt?

S. Septem. significatio, quæ & genus dicitur. tempus, modus, fi-
cies, figura, persona, numerus.

Significatio verborum propriè in actione, vel in passione est, vt
secundum analogiam duabus terminantur literis, o. & r. In o. actiua
& neutralia. In r. passiua, deponentia, communia. Et hæc sunt genera
verborum quinque.

Actiua sunt, quæ semper actum significant, vt amo te. Tamen
quis altius consideret in Actiuis verbis passionem; & in Passiuis, acti-
nem, sicut supra diximus, inueniet. Neutra vniiformiter semper pro-
feruntur, id est, aut actum solum, aut passionem solum significant. Ac-
tum, vt mado, curro: passionem, vt vapulo, à te; sunt quoque; neu-
tralia, intrinsecus in seipsis habentia passionem: & non ab alio extrin-
secus, vt rubeo, ferueo, calco, agroto, ruo. Deponentia quoque; vnum

* M. prae-
fulor.

semper habent significationem: aut Actiuam, vt sequor te, * praefulor.
Vel sine adiectione casus, luëtor, loquor. Aut Passiuam, vt nascor à
patior à te, mereor à te. Communia duas habent in vna voce signifi-
cationes agentis, & patientis, vt osculor te, osculor à te.

F. Quot modis declinantur verba?

S. Duobus modis. Nam neutra Actiuorum, Deponentia, & com-
munia Passiuorum regulam in Declinatione maxime sequuntur. sunt
præterea neutra Passiua, quæ in præterito perfecto, & plusquamper-
fecto

fecto, passivi declinationem habent. Et sunt hæc sola: audeo, ausus sum: fido, *fusus sum: fio, factus sum: & si quæ ex his componuntur. sunt alia passiuoneutra superiori contraria, *comperior, mereor, *diuertor; faciunt enim præteritum comperii, merui, diueri.

F. Nunquid certas habent semper verba significationes?

S. Nequaquam semper certas. Sed alia sunt, quæ vna voce vel coniugatione diuersas habent coniugationes: vt colo, pro diligo, & habito, & aro accipitur. Committo, pro credo, & commendo. Condo, pro ædifico, & celo. gratulor pro gaudeo, & gratias ago ponitur. Sunt alia, quæ cum coniugatione mutant significationem. Hæc, in secunda persona discernuntur: vt, mando, mandas, à mando. mando, mandis, manduco. fundo, fundas, à fundando. fundo, fundis, à fundēdo. volo, volas, à volando. volo, vis, à voluntate. sero, seras, seraui. sero, feris, seui. lego, legas, & lego, legis. dico, dicas, breuis. dico, dicis longa. appello, & compello, compellas, id est, *clamo. appello, appellis, id est, *aplico. repello, compello, id est, cogo.

Hæc, France, de varia verborum significatione dicta sufficiant; nunc ad tempora curro.

F. Fiat. Primum, dic mihi vnde dictum sit tempus?

S. A temperamento. quia omnia mortalia tempus habent.

F. Tempora quot sunt?

S. Tria, secundum naturam præteritum, vt legi: præsens, vt lego: & futurum vt legam. quadam tamen necessitate, præteritum tempus in tres diuiditur distantias. quia quædam sunt, quæ multo ante dicimus transacta: vt legeram. Aliquando quædam, quæ paulo antè, vt legi heri. Quædam inchoata sunt, sed nondum perfecta, vt legebam. Et ideo quinque tempora adnumerabimus in verbis.

F. Quod horum tempus in verbis principalem inter cætera tenet locum?

S. Præsens. quia in ipso sumus, dum loquimur. De præterito, & futuro, & à præsentī, dicuntur præteritum & futurum. quamuis itaque præsens tempus instabili motu naturaliter exoluatur, & pars eius iam prætereat, parsque sequatur, tamen ad orationem diuersorum gestorum tempora diuidimus.

F. Num in omnibus modis omnia tempora inueniuntur?

S. Nequaquam. Nam imperatiuus naturaliter *necessitate non habet præteritum, quia ea sola imperamus, quæ in præsentī sunt, vel in futuro. Cæterum indicatiuus, & subiunctiuus per omnia tempora

* m. f. fidm
mendosē.

* m. f. com-

percor

mendosē.

* m. f. de-

uertor. for-

re non ma-

le.

* acclamo

forre.

* desidera-

batur in

m. f.

* necessari-

um for.

m m

cur-

currunt: Optatiuus quoque, & Infinitiuus, licet confusa voo, in quibusdam tamen omnia habent tempora: vt, vtinam legerem me & heri, & vtinam legissem, ante, ante, & ante quinquaginta annos. Item, legere me volo, & volebam: & legisse me volui, & volueram.

F. An in omnibus Verbis hæc quinquaria temporum diuisio inuenitur?

S. Non. quia sunt Verba, quæ rationem temporum non ferunt, vt inchoatiua verba in omni præterito perfecto, & plusquamperfecto deficiunt. Item omnia impersonalia, quæ à se nascuntur in futuro Infinitiu deficiunt, vt *pœnitere, pœnituisse: & pleræque noui in futuro Infinitiu deficiunt, vt horreo, horrere, horruisse. Nam pœnitentium ire non dicimus, &c.

Sunt quoque verba, quæ præteritum tempus non habent, nisi aliis sumantur verbis, vt percutio, percussus. Fero non habet præteritum, nisi dicas, percussus, sic statuo, statui: sisto, statui: *sustulsi, sustulsi: & suffero, sustuli: tollo, tuli, & fero, fers, fert, tuli facit: infans, infans: ui: & fureo, infans: cerno, creui, & cresco creui facit. Item quoque inchoatiua & meditatiua non solum in præterito: sed etiam in futuro Infinitiu deficiunt: tepescere, parturire. Item verbis in or. declinationibus desunt tempora præterita perfecta, & futurum. Coniunctiuæ sed per participia & verbum substantiuum sum, declinantur, vt amatus sum, amatus fueram, amatus ero. &c.

DE MODIS VERBORVM.

F. Modi Verborum quid sunt?

*Solaco. phanes indulgend. seculo illi. S. Modi sunt diuersæ inclinationes animi, varios eius affectus demonstrantes. Et sunt quinque, Indicatiuus, qui & diffinitiuus, quæ indicamus vel definimus, quid agatur, vel *patiatur à nobis, quidam primus ponitur, quia perfectus est personis & temporibus: Et alii ex eo modi regulam sumunt. Vel, quod ex eo participia, vel nomina, vel verba deriuantur: vt à duco, ducens: à duxi, ductus, & dux: feruens, feruesco, feruor.

Imperatiuus est, quo imperamus aliis, vt faciant, vel patientur. Et est per se absolutus, nec alterius indiget partis ad significandum. Ideo secundum tenet locum in modis. Et hoc, orantes sæpius vtemur: vt Musa mihi causas memora.

Deinde Optatiuus, per quem optamus. qui ideo tertius in ordine ponitur, quia inferior est qui optat, quam qui imperat: Et aduerbio optandi indiget ad complendum sensum: vt vtiā legem.

Quarto loco Subiunctiuus ponitur: & iure. Eget enim non modò Aduerbio, vel Coniunctione: verum etiam altero verbo, vt perfectum significet sensum. Vnde & subiunctiuus dicitur: vt Virgilius: Cum faciam vitula, pro frugibus ipsa venito. Et omnibus aliis modis sociari potest; vt, dum legerem, scripsi; & dum legam, scribe. Et dum legerem, vtiā scriberem.

Infinitiuus est, qui & personis innumeris deficit, & eget vno, ex supradictis quatuor modis, vt plenum aliquid significet: vt legere propero: legere propera: vtiā legere properarem: cum legere properarem.

Impersonale verbum à neutris actiuæ significationis, vel à actiuis nascitur: vt, curritur, viuatur, legitur, amatur. Et per omnes modos, & personas, & tempora, & numeros, iunctis pronomi- nibus ritè declinantur: Curritur à me, à te, ab illo, à nobis, à vo- bis, ab illis. Præterito imperfecto, legebatur. Præterito perfecto, lectum est. Præterito plusquamperfecto, lectum erat. Futurum, lege- tur. sic & per alios modos.

F. Quid est inter impersonale, & infinitiuum?

S. Infinitiuua verbis iunguntur: vt legere volo. Impersonalia Prono- minibus: vt legitur à me.

F. Quot formæ sunt Impersonalium?

S. Quatuor. Aut in tur, aut in at, aut in it, aut in et, exeunt: vt statur, resat, contingit, pudet, sed quæ in et, exeunt, alia à verbis veniunt, vt miseret. Alia à se oriuntur, vt pudet, pœnitet, decet.

F. Quæ sunt supina, vel * participalia?

S. Quinque sunt eiusmodi voces: vt legendi, legendo, legen- dum, lectum, lectu. Quas Priscianus omnino nomina vult esse, quia temporibus carent: & personas non discernunt: &, Præpo- sitionibus separatis iunguntur: vt, ad legendum vado, vel, legendo venio.

* participia
alia f. leg.

F. Intentus sum de specierum ratione audire maximè; quia hoc ac- cidens verbi Donatus dimisit.

m m 2

S. Non

S. Non dimisit: sed in formis attigit. Nam species rebus sunt: Vna principalis, quam Donatus, perfectam formam nominis lego. Altera, deriuatiua, quam ille meditatiua, frequentatiua, inchoatiua dicere voluit: vt à lego, lecturio, & lectio, Et aliter feruesco. Et hæc, id est, inchoatiua, semper in sco desinunt, & in sunt Coniugationis: vt, caleſco, caleſcis, vespersco, vesperscis. præteritum non habent tempus: nec participia futuri temporis.

Frequentatiua, primæ sunt coniugationis, & in tito, vel titofo, vel xo, desinunt, vt lectito, as, dicto, as, mersito, as, nexo, as, & c. semper neutra, vt inchoatiua.

Meditatiua in urio, desinunt, & quartæ tantum coniugationis sunt vt lecturio, is, esurio, is, quod ab edo deriuatur.

Sunt alia quoque species deriuatiuorum: vt à video, visio, visus, videre; à facio, facies, à capio, capessio, à lacerō, ab arceō, arcessio, à accipio, accessio. quæ frequentatiua non esse, coniugatio ostendit. Sunt quoque alia per diminutionem deriuatiua, vt à sordeo, sorbillo, à garrulo: à caluo, caluillo. Item à nominibus deriuatiua sunt: vt patre, patrisko: à græco, græcisko. Impersonalia quoque: penè omnia adiectiuus, vel neutralibus *deriuatiua sunt, vt à lego, legitur, à llo, lloitur. Inueniuntur quoque & ab aduerbiis verba deriuari: vt perendino, & à cras, vt procrastino: & ab intus, intro, intras,

* deriuata
foris.

DE FIGVRIS VERBORVM.

F Figuratas verborum compositiones expone precor. S. Sunt verba simplicia, vt cupio, taceo, sed & composita, vt cupio, conticeo. Sunt & decomposita, id est, à compositis deriuata, vt concupisco, conticesco. Sunt & ex tribus partibus composita, vt perterrifico. Sunt & quæ mutant in compositione Coniugationem, vt do, das, facit reddo, reddis. facio, facis, amplifico, as. Sunt composita, quorum simplicia in vsu non sunt, vt offendo, aspicio, aperio, refragor. Fendo, & spicio, & perio, & fragor non reperi. Sunt, quæ genus mutant in compositione. sperno, spernis, Actiuum: asperno, aspernaris, deponens. sedeo, sedes, neutrum: insidior, insidiaris, deponens. obsideo verò, & adsideo, actiua sunt. eo, & facio, neutra sunt. adeo, subeo, perficio, conficio, & ex eis composita, actiua sunt. faciunt, adeor, subeor, perficior, conficior. Ex facio quoque; neutro, verificor, verificaris: & à gratificor, gratificaris, deponentia nascuntur. Complecto, actiuum: amplector, deponens. Componuntur verba

cum nominibus, ut ab amplo, & facio, amplifico. Ex quo participium, amplificans. Et, cum altero verbo, ut calefacio, id est, calere facio. vel, cum aduerbio, ut benedico. vel cum præpositione, ut indico, subeo. Sed præpositionibus per compositionem iunguntur semper, sicut nominatiuo * casui: cuius vim ubiq; per omnes personas verba obtinēt: ut facio ego, facis tu, facit ille. nisi imperatiua secundæ personæ vocē addiscunt, ut scribe * Virgili, lege * Terenti.

* m. s. ca. s. n.

* m. s. m. e. n. a. d. o. s. e. Virg. l. i. Terent. i. i. i.

DE CONIUGATIONE VERBORUM.

F Ecce de figuris habeo. sed coniugationum distantias dic mihi. Et primum vnde dicta sit coniugatio expone.

S. Coniugatio dicta est, quod in vnam declinationis rationem plurima coniungit verba.

F. Coniugationes quot sunt?

S. Apud Græcos * decem. Apud Latinos quatuor. Et eorum, quæ in O, prima definit persona, si secunda in as, finitur, ut, amo, amas, esto, stas. hæc prima dicitur. Et secunda in es, ut moneo, mones. Tertia in is breuem, ut lego, legis. Quarta in is longum, ut munio, munis. Eorum verborum, quæ in or, prima persona finitur, & in aris secunda, prima est coniugatio, ut amor, amaris. criminor, criminaris. luctor, luctaris. Secunda in eris, producta * penultima, doceor, doceris. reor, reris. Tertia in eris, correpta penultima: legor, legeris. sequor, sequeris. Quarta in iris, producta penultima, muniō, muniris. molior, moliris. Nam singula verba certas habent coniugationes. Sunt verba in prima persona confusa: in secunda verò sensu, & coniugatione discernuntur, ut dico dicis, & dico dicas: volo volas, volo vis, fundo fundas, fundo fundis, mundo mundas, mundo mundis. Sunt quedam contrarij vnius significationis, sed diuersæ coniugationis, ut denso densas, & denseo denses, strideo strides, strido stridis, ferueo ferues, feruesco, cis: feruo feruis; cieo cies; cio cis; dureo duces, vnde dureseo; & duro duras; tueor tueris; tuor tueris correpta penultima: fulgeo fulges, fulgo fulgis; excelleo excelles; excello excellis; sono sonas sono sonis: vno vnas; vnio vnis.

m. s. decim.

non male.

sed anti.

quæ. unde

vnde decim.

et porro.

m. s. pene

ultima.

F. Quot modis declinantur verba?

S. Quorum rationabiliter prima persona in o, definit, tribus modis declinantur, absq; præterito perfecti indicatiui, & imperatiui, & infinitiui. Nam iuxta præsens tempus trium coniugationum per omnes modos,

m m 3

modos,

modos & tempora declinari solent verba, nisi præscriptis. Præteritum
 *m. f. sub. verò imperfectum, & Plusquamperfectum primæ Coniugationis. b
 iunctiui. tem secundæ & tertiæ, & quartæ Optatiui. Futurum, & præsens
 iunctiui, secundum primæ præsens tempus in ultimis literis semper
 declinantur; vt amo, amas, amat: amamus, amatis, amant. amabam, a
 mabas, amabat: amabamus, amabatis, amabant. Amaueram, amo
 ueras, amaueat, amaueamus, amaueatis, amaueant. Opta
 ui futurum, & præsens Subiunctiui: doceam, doceas, doceat, do
 ceamus, atis, ant. Secundum præsens tempus, secundam Coni
 gationem futuri indicat. In tertiæ & quarta omne præsens, & præ
 teritum optat: & *subiunctiuium præteritum imperfectum, longum
 in penultima: & plusquamperfectum. In omni Coniugatione præter
 itum optat: & subiunctiui præsens, vt legam. es. et. emus.
 etis. ent. Doceo, ces. cet. cemus. cetis. cent. sic declinanda sunt, amant
 amares, amaret. remus. retis. rent. amauissem, ses. set. emus. etis. ent.
 quæ sunt subiectiui, & optatiui communia.

Item optatiui futurum, & subiectiui præsens, amem, ames, et
 emus. etis. ent. Secundum tertiæ coniugationis præsens, & indicat
 futurum primæ, & secundæ, & quartæ, in eo. definitis, & subiecti
 ui præteritum perfectum, & futurum: nisi in tertia persona plurali.
 V. mutant in I. vt lego. legis, legit: legimus, legitis, legunt. amabo, a
 mit: imus, itis, unt. docebo, bis, bit: bimus, bitis, bunt. Subiectiui
 præteritum perfectum; amauerim, is, it, imus, itis, int. Item, amauer
 is, it, imus, itis, int. Et quartæ: ibo, ibis, ibit: ibimus, itis, ibunt. Ho
 rum autem omnium verborum, quæ bina distinctione à secunda per
 sona declinantur, prima persona aut in O, aut in AM, aut in EM,
 aut in IM. definit.

F. Quomodo Præteritum perfectum, & Imperatiui declinantur
 sunt?

S. Omne præteritum perfectum, si iuxta rationem declinantur, in
 I. mittit primam personam. In secunda, si syllabam: tertiæ in is. &
 pluralem numerum in imus, in istis, in erunt, vel ère, longa O m
 tit.

F. Imperatiui finales literas deprime?

S. Omne Imperatiuum singulare, primam, natura abdicant per
 sonam non habet, & Vocatiuo casui iungitur, quia præteritum imper
 in secunda persona, quæ in prima Coniugatione A longa finitur, vt
 amabo.

ama. In secunda E. quoque longa, ut aue. In tertia E, brevis, ut lege. In quarta I. longa: ut audi. quæ ubique in verbis vel nominibus I, in fine posita, producit. Tertia persona in prima coniugatione in ET. In cæteris Coniugationibus in AT. ut amet, habeat, legat, audiat. Prima persona in numero plurali in MVS, & secunda in TB. Tertia in ENT, in prima Coniugatione. In cæteris, ANT. ut amemus, amate, ament, doceamus, docete, doceant, &c. ubique; penultima primæ personæ, & secundæ longa; absque tertiæ Coniugationis secunda persona, quod est legite. Futurum Imperatiui in TO, secunda persona, ut amato, habeto, legito, audito, longa penultima absque tertiæ coniugationis tertia persona futuri similis est ubique præsentis, tertia persona, & prima pluralis numeri similis quoque est plurali præsentis secunda persona pluralis in TOTE. ut amatote, habetote, legitote, auditote. Tertia finit in NTO. ut amanto, docento, legunto, audiunto.

F. De Infinitiuus dic?

S. Omne Infinitiuum præsens RE. & præteritum in SE, & futurum in IRE. vel ESSE in omni Coniugatione definit, ut amare, amasse, amatum ire vel amaturum esse.

F. Quid de quinq; Gerundiis sentiendum est?

S. Quid aliud, nisi, ut prius dixi, quod omnino secundum Priscianum nomina sunt. Nam præpositiones separatas: Accusatiuos casus, & Ablatiuos accipiunt: ut, amandum, in amando, quod verbo non potest accidere.

*m. f. Gerundiuus.

F. Quid tamen distat inter amandum, amando, & amatum, amatu?

*m. f. ubique accedere.

S. Quod amandum necessitatem amoris significat: amatum, initium amoris. Similiter amando, in ipso amore: amatu, pro amatione, id est, pro ipsa re accipitur.

F. Passim regulas pande mihi.

S. Pandam breuiter, ne prolixior sim: quàm huic puerili ludo deceat. Omne passiuum ex actiuo fit ubique per omnes Coniugationes O finita, vel M. In Actiuis tempore præsentis, & præteriti imperfecti, & futuri assumunt R. in passiuis, amabo, amabor: amato, amator: amanto, amantor. amabam, amabar: amarem, amarer: amem, amer: legam, legar, &c. cæteras personas, secundum prædictas regulas trium Coniugationum præsentis temporis declinantur. Nam secunda persona in RIS, vel in re. definit. Tertia in tur, Et prima in plurali in mur,

Pleraq; in-
distinctione in
m. f.

mur. secunda in mini. tertia in ntur. Omnium modorum, prae-
perfectum & plusquamperfectum, & subiunctiuum futurum per
participium praeteriti temporis; & sum subiunctiuum verbum declarans
ut amatus sum, vel fui: amatus eram, vel fueram. Optatiuus, amatus
essem, vel fuisset. Subiunctiuus, amatus sim, vel fuerim, esset, vel
fuisset. Futurum, amatus ero, vel fuero. Passiua imperatiua, secun-
da persona praesentis in omni coniugatione, similes actiuis infiniti-
uis ut amare, docere, legere, audire, peneultima longa, nisi tertia coniu-
gatione. Tertia verò in tur exit. prima pluralis in mur, secunda in-
ni. quod Imperatiuus & Infinitiuus similiter proferuntur in prima
coniugatione; tertia pluralis in prima in entur: aliis in antur, & tur
ri temporis secunda persona in tor, & tertia in tur. & pluralis prima
ur: & secunda in minor. & tertia in ntur: ut, amare, ametur; amemus,
amamini, amentur. Ametur, amemur, amemini, amentur. Infinitiuum
passiua semper in i. praesentis temporis, ut amari, doceri, legi, audiri.
Et praeteritum, per participium neutrale, & esse, vel fuisse: ut, doctum
esse, vel fuisse. & futurum per iri, ut amatum iri. Etenim habes
France, quod quaesisti. sed tua curiositate facit non amatum
iri.

F. Nect tua te inuidia, gratum iri.

S. Cautè. ne audiat, qui flagellare solet. Sed prosequere
tota.

F. Ut reor ordo accidentium deponit personas verborum in
gare.

m. f. tria
perperam,

S. Personarum verborum tres sunt. Prima est, quae de seipsa loquitur,
& alias ostendit. Secunda ad quam loquitur. Tertia, de qua loqui-
tur. nisi enim sit prima, quae profert sermonem, alia esse non possunt.
Et prima quidem, & secunda verborum personarum finitae sunt. Prae-
terea enim demonstrant. Tertia verò infinita est. Itaque eger plerumque
pronomine, ut definiatur. Et prima quidem potest sibi & secundam
& tertiam coniungere: ut ego, tu, & nos facimus: ego & ille facimus.
Secunda verò coniungere sibi non nisi tertiam, ut tu & ille facitis. Ter-
tia verò nec primam, nec secundam, sed alteram tertiam, ut ille & illa
faciunt. In Imperatiuis prima persona singularis non potest esse, quia
naturaliter imperans ab eo, cui imperat, diuiditur. Infini-

ta quoque, & impersonalia, & gerundia carent
personis naturaliter.

DE NUMERO.

F. Numerum verbis accedentem pander?

S. Numerus singularis, vt lege: pluralis, vt legimus: accedit verbo veluti omnibus partibus casualibus: sed in verbo sub vna voce nunquam singularis, & pluralis inuenitur numerus, sicut in cæteris partibus. Vt dies, res, Nominatiuus singularis, & pluralis. Isti, illi, datiuus singularis, & Nominatiuus pluralis. Sciendum quoq; est tibi, quod quæcunq; verba personis deficiunt semper & numero Defectiua fiunt, vt Imperfonalia, & Infinitiu. Ideo pronomiibus additis adsumunt personas, & numeros, vt legitur à me, à nobis: legere te volo, & legere vos volo.

F. Sed quia Defectiua esse verba introduxisti subitò Defectiua per singula Accidentia, opus habeo, vt pandas mihi maximè, quia Donatus Magister noster hæc valde obscure, & breuiter tetigit.

S. Non sum tibi debitor irrationabilium, sed rationabilium: & eorum, quæ regulis subiaceant. Attamen, vt scias, non me inuidiosum esse in te: sicut nec te fastidiosum intelligo, pandam aliqua ex illis. Tribus enim modis verba, vel aliæ partes sunt defectiua. Aut naturæ Necessitatis, aut Fortunæ casu: vel Differentiæ causa. Naturæ necessitate, vt si velimus masculinum ab eo dicere, quod nupta, nuptus, vel à puerpera puerperus, repugnat ipsa rerum natura, vel in consonantium causa, vt, si velimus, à cursor, cursorix facere femininum: sicut à victor, victrix in consonum. In fortunæ casu, inusitata, & turpia vitantur, & quibus auctores non vtuntur. Quomodo ad odor secundum regulam dici potuit: sed quia in auctoribus non inuenitur, recusamus dicere. Differentiæ quoq; causa plurima vitantur: vt fero, fers, fert, per syncopam sine i. litera, in secunda, & tertia persona profertur: ne, si feris, ferit dicās, à ferio putetur venire. sic edo, es, est: &, Volo, vis, vult, differentiæ causa anomalam habent literaturam. Et volo naturaliter Imperatiuo modo caret: quia, Imperata necessitatis sunt, non voluntatis: sic fac, duc, dic, fer; placuit auctoribus per apocopam proferri differentiæ causa; ne si, face, duce, dice, fere diceremus, aliud significare putaremur. Item multa non dicuntur: quia in auctoribus non inueniuntur, de quibus per singula Accidentia, aliqua tuæ pandam auiditati.

Nam *quæso*, non habet alios modos, nisi Indicatiuum; personam

na

pri-

*M.S.
quaesere,
mendose
forte.

primam in utroque Numero, & infinitivum. Item, *ovans*, & *ovans* non habent nisi tertiam personam: & *ovans* Participium. Item *ausim*, id est, auctoritatem habeam; & *inquam*, contra morem, in prima persona proferuntur, ut *salve*, & *salvete*. Imperativa tantum secundam personam habent. Item *cedo*, pro da, ceto, pro dato. Terentius: cete patri meo, id est, date. Et *aue*, pro gaude: & *aucte*, pro gaudete. secundae personae sunt. Item *faxo*, pro faciam, tantum temporis est tantum, Indicativi modi, & facit, *faxo*, *faxis*, *faxit*, *faximus*, *faxistis*, *faxunt*, id est, facient. Item *facefso*, & *capessio*, & *viso*, Desiderativa sunt, non frequentativa. quia primae non sunt Coniugationis. *Facefso*, id est, desidero facere: *capessio*, desidero capere: *viso*, id est, desidero videre. Item, *si*, id est, si vis: & *sodes*, id est, si audes, secundae personae sunt. Item *foret*, pro esset, & *forent*, pro essent: & *fore*, pro esse, inveniuntur. Item *aio*, & *meo* in multis deficiunt. Nam *aio*, *ais*, *ait*; & *aitis*, *aiunt*, facit. In prima plurali deficit. Et, *ait*, praeteritum perfectum. sicut praeteritum *meo* Infinitivum *meire* facit. sunt, quae idem habent praesens, & praeteritum Imperfectum, haec sola; *odi*, *novi*, *memini*, *capi*, *pepi*, haec in imperfecto deficiunt, praeter *memini*, quod memento, & mementote facit, & in futuro, & Infinitivo modo, & in supinis, nec non in Participii utrisque temporibus deficiunt: praeter *ovans*, quod duo participia facit exorsus & perorsus sunt Passiva quoque, & Deponentia, quae in praeterito deficiunt: nisi aliunde, ad supplementum declinationis sumatur praeteritum, ut *feror*, *ferior*, *tollor*, *polcor*, *progeor*, faciunt enim praeterea *latus sum*, *ictus sum*, *sublatus sum*, *polatus sum*, *conuictus sum*. Item deponentia *vescor*, *fruor*, *medeor*, *loquor*, *remuneror*, faciunt *pastus sum*, *potitus sum*, *medicatus sum*, *factus sum*, *recordatus sum*.

Sum verbum, quod inaequalem habet declinationem, siue in simplici Participio, siue in Compositis praesentis temporis deficit: nisi in duobus ab eo compositis, id est, *absum*, & *praesum*: quod facit *absens*, & *praesens*. *Possum*, *potes*, *potest* mutat s. in t. euphoniae causa. Et, *prosum*, *prodes*, *prodest*; *absumit* d. hiatus causa deuitanda. *Malo*, verò, & *malo*, & ex eo Compositum. id est magis volo, naturali necessitate Imperativum carent. quia imperata necessitatis sunt, non voluntatis. quod tamen in alio suo composito habet, id est, *noli*. Facit enim *noli*, & *nolite*.

P. Pleniorē tamen declinationem horū quatuor Verborum, ut reddas mihi, de polco: id est *sum, fero, edo, volo*.

S. Inusitata est multis locis illorum declinatio. Attamen ut in magistorum exemplis, eorum reperitur ratio, pandam.

Sum Verbum neutrale est, quod declinabitur sic: Sum, es, est: Plural. Sumus, estis, sunt.

Præterit. Imperfect. Eram, eras, erat: Plural. Eramus, eratis, erant.

Præteritum perfect. Fui, fuisti, fuit: Plural. fuimus, fuistis, fuerunt, vel fuere.

Præterit. plusquamperf. Fueram, fueras, fuerat: Plural. Fueramus, fueratis, fuerant.

Futuro: Ero, eris, erit: Plural. Erimus, eritis, erunt.

Imperatiuo modo, tempore præsentis, ad secundam, & tertiam personam: Sis, vel es, sit: Plural. Simus, sitis, sint.

Futurum esto, vel sis, sit: Plural. simus, estote, vel sitis, sint, & suntote.

Optatiuo modo tempus præsens, & præterit. imperf. utinā Essem, esses, esset: Plural. Essemus, essetis, essent.

Præteritum perfectum, & plusquamperf. Fuissē, fuisses, fuisset: Plural. fuissēmus, fuissetis, fuissent.

Futurum: Sim, sis, sit: Plural. Simus, sitis, sint.

Coniunctiuo modo tempore præsentis: Cum Sim, sis, sit: Plural. Simus, sitis, sint.

Imperfecto, Essem, esses, esset: Plural. Essemus, essetis, essent.

Perfectum: Fuerim, fueris, fuerit: Plural. fuerimus, fueritis, fuerint.

Plusquamperfectum: Cum fuissē, fuisses, fuisset: Plural. fuissēmus, fuissetis, fuissent.

Futurum: Fuero, fueris, fuerit: Plural. Fuerimus, fueritis, fuerint.

Infinitiuo modo, Numero, & personis Tempore præsentis, esse.

Præteritum: fuisse. Futurum, esse, & ire, & fore.

Cuius præsens participium veteres, ens proferebant. Vnde componitur potens. Nam futuram magis à sio, verbo videtur nasci. Potest tamen & à fui, esse existimari. sic enim declinanda sunt ex eo composita, *prosum, adsum, desum, obsum*.

Intersum; & ex eis duo participia præsentis temporis, id est *præsens*, & *absens*.

Fero Verbum, discretionis causa, per syncopen abiecit I. in secunda, & tertia persona propter ferio verbum: quod ferio, feris, ferit, facit.

Fero, fers, fert; Plurali: ferimus, fertis, ferunt.
 Imperfectum: ferebam, ferebas, ferebat: Plur. ferebamur, ferebatis, ferebant.
 Præteritum perfectum: tuli, tulisti, tulit: Plural. tulimus, tulistis, tulerunt, vel tulere.
 Præterit. plusq. tuleram, tuleras, tulerat: Plural. tuleramus, tuleratis, tulerant.
 Futurum: feram, feres, feret: Plural. feremus, feretis, ferent.
 Imperatiuus: Fer, feras, ferat: Plural. feramus, ferte, ferant.
 Futurum: Forto, ferat: & Plural. feramus, fereote, ferant.
 Optatiuus: ferrem, ferres, ferret: Plural. ferremus, ferretis, ferrent.
 Plusquamperf. tulissem, tulisses, tulisset: Plural. tulissemus, tulissetis, tulissent.
 Futurum: feram, feras, ferat: Plural. feramus, feratis, ferant.
 Coniunct. feram, feras, ferat: Plur. feramus, feratis, ferant.
 Imperfect. ferrem, ferres, ferret: Plur. ferremus, ferretis, ferrent.
 Perfectum: tulerim, tuleris, tulerit: Plural. tulerimus, tuleritis, tulerint.
 Plusquamperf. tulissem, tulisses, tulisset: Plur. tulissemus, tulissetis, tulissent.
 Futurum: tulerō, tuleris, tulerit: Plur. Tulerimus, tuleritis, tulerint.
 * Edo verbum inæquale, cuius secunda, & tertia persona causa differentie per concisionem profertur.
 Edo es est: Plural. edimus, estis, edunt.
 Præteritum imperfect. Edebam, edebas, edebat: Plur. Edebamus, edebatis, edebant.
 Præterit. perfect. Edi, edisti, edit: Plural. Edimus, edistis, ederunt, vel edere.
 Plusquamperf. Ederam, ederas, ederat: Plural. Ederamus, ederatis, ederant.
 Futurum: Edam, edes, edet: Plural. Edemus, edetis, edent.
 Imperatiuus: Es, edat: Plural. Edamus, este, edant.
 Futurum: Esto, edat: Plural. Edamus, estote, edant, vel eduntote, & eduntote.
 Optatiuus: essem, esses, esset: Plural. essemus, essetis, essent.
 Edissem, edisses, edisset: Plural. edissemus, edissetis, edissent.
 Edam, edas, edat: Plural. Edamus, edatis, edant.

* In finiti-
 uis, desi-
 derantur.

Continuatur

Coniunct. Edam, edas, edat: Plural. Edamus, edatis, edant.
 Essem, esses, esset: Plural. essemus, essetis, essent.
 Ederim, ederis, ederit: Plural. Ederimus, ederitis, ederint.
 Edissem, edisses, edisset: Plural. Edissemus, edissetis, edissent.
 Edero, ederis, ederit: Plural. ederimus, ederitis, ederint.
 Infinitivi modi tempus praesens, esse, similiter praeteritum, esse.
 Futurum: esum iri, vel esurum esse.

Impersonale: estur. Edebatur. esum est, vel fuit. esum erat, vel fuerat. Futurum, edatur. Supina; edendi, edendo, edendum; * esum, esu.

+ M. S. 1

Volo quoque: verbum neutrale per syncopam prolatum, in secunda, & tertia persona, & in Imperfecto defecit.

mendo se,
hi. & su-
pra, effum
essu.

Volo, vis, vult: Plural. Volumus, vultis, volunt.

Volebam, volebas, volebat: Plural. Volebamus, volebatis, volebant.
 Volui, voluisti, voluit: Plural. Voluimus, voluistis, voluerunt, vel voluere.

Volueram, volueras, voluerat: Plural. Volueramus, volueratis, voluerant.

Volam, volas, volat: Plural. Volemus, voletis, volent.

Vellem, velles, vellet: Plural. Vellemus, velletis, vellent.

Voluisssem, voluisses, voluisset: Plural. voluisssemus, voluissetis, voluissent.

Velim, velis, velit: Velimus, velitis, velint.

Vellem, velles, vellet: Plural. vellemus, velletis, vellent.

Vohierim, volueris, voluerit: Plur. Voluerim, volueritis, voluerint.

Voluisssem, voluisses, voluisset. Plur. Voluisssemus, voluissetis, voluissent.

Voluero, volueris, voluerit. Plur. Voluerimus, volueritis, voluerint.

Infinit. Praesens, Velle. Praeteritum: voluisse. Participium praesens, Volens.

Sic declinandum est nolo: non vis, non vult: sic nisi quod volo Imperativum habet, ut, noli: nolite.

Malo, mauis, mauult: & reliqua.

Immitis es in me France. Ecce quale onus imposuisti mihi, ducens me per aspera, & spinosa. Dimitte me tandem aliquando respirare. F. Dimittam, & iuxta Virgilium: Ego, hoc te fasce leuabo.

S. Et si hoc leuas: timeo, ne aliud imponas.

F. Noli timidus esse: ---- labor omnia vincit Improbus ----.

S. Vincit: quapropter camus via quod restat.

nn 3

INCI-

INCIPIT DE ADVERBIO.

F. Tandem, Saxo, diu obserata ora recludere: & hucusque clausas adverbiorum regulas enuclea mihi.

S. Faciam France. Adverbium est pars orationis semper verbo coherens: & hoc agit verbis additum, quod adiectiva nomina Appellatiuis adiuncta: ut prudens homo, prudenter agit: felix vir, feliciter viuit.

F. Adverbio quot accidunt?

S. Tria. species: significatio, figura.

F. Speciem pande.

S. Quia sunt primitiua, aut deriuatiua.

Primitiua quidem sunt, quæ à se nascuntur, ut non, in, &c.

Deriuatiua, quæ ab aliis Adverbis nascuntur, ut à clam, circum, & propè, propius: Et ab aliis partibus orationis. Vt à nomine latinus, latinè: Tullius, Tullianè. A verbo: à parco, parcius. A nomine, & verbo, à pede, & tento, pedetentim. A pronome, ut à me, mecum; ab ille, & hic, illic. A præpositione: ut ab extra.

F. Nunquid Adverbium per se positum, plenum potest habere sensum?

S. Nō potest: nisi Verbo, vel Participio legatur: ut benè lego, bene legens.

F. Possunt ne alia partes pro Adverbis poni?

S. Possunt. Nam Nomina per diuersos casus, pro Adverbis possunt poni.

F. Da exemplum.

S. Genitiuus pro Adverbio ponitur, ut Romæ; ut, Cicero Romæne sit. Datiuus, Vesperis, Sorti: Virgil. sunt quibus ad portam cecidit custodia sorti. Accusatiuus, Romam pergo, Athenas. Terent. quid tu indocte Athenas? Ablatiuus: Virgil. Fortè sub arguta confestim illice Daphnis.

F. Quomodo discerni potest, utrum nomina sint sic composita, ut Adverbia?

S. Cum nomina loco Adverbiorum accipiuntur, manent indeclinabilia: licet diuersis iungantur casibus, ut sublime volans, sublimè volantis, sublimè voluta, &c. Si verò nomina sunt, declinantur.

tur, vt, hoc sublimè volans, huius sublimis volantis, huic sublimi volanti, &c.

F. Num alia partes pro Aduerbiis ponuntur?

S. Ponuntur. Nam vel Coniunctio, & per, & ex præpositiones pro valdè accipiuntur: vt Cicero; vel magnum bellum, pro valdè magnum, excelsus, pro valdè celsus.

F. Figura Aduerbiorum quot sunt?

S. Tres. Simplex, vt diu. Composita, interdū.

Decomposita, id est, quæ à Compositis deriuantur, vt ab indocto, indoctè à misericorde, misericorditer.

F. Significatio Aduerbiorum quæ est?

S. Significatio Aduerbiorum diuersas species habet.

Sunt autem Temporalia, vt pridem, nuper * nudustertius.

* sic M. S.

Sunt, quæ præsens tantum tempus significant, vt nunc, præstò. sunt, quæ præteritum, vt heri, hesternò. sunt, quæ futurum, vt cras, perendie. sunt alia communia diuersorum temporum, vt olim, dudum, Præteriti: Horat. Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum. Præsentis verum ac iam olim seras posuit cum vinea frondes. Futurū: Idem, Forfan & hæc olim meminisse iuuabit. Dudū præteritum, Ego dudum nonnihil veritus sum. Præsentis: verum, iam dudum sumite pœnas. quondam, præteritum: quondam fuit ista, in hac republica Virtus. Præsens: Verum Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Futurum: Tempus erit quondam ----- similiter ex eo composita: aliquando, nequando; quæ in penultimo accentum habent: ne duæ partes putentur: sed quādo, & quomodo, vbi, vnde, qua, quo, Interrogatiua acutitur; Reuelatiua, grauatur, per omnes syllabas. Et sunt differentia quatuor.

Ad locum, quò. In * locum, vbi. De loco, vnde. Per locū, quā. quādo quoq; pro causali coniunctione accipitur. Virgil. Hic tibi, labor enim, quando hæc te cura remordet: quando, pro quoniam posuit. sed & alia sunt localia, quatuor differentias habentia.

* loco, forte.

Ad locū, huc, illuc. In loco: hic, illic. De loco, hinc, illinc, inde: & ex eo cōposita, subinde, perinde, exinde, proinde. q̄ omnia penultimam acutunt. Per locū, hac, illac. sunt quoq; à versum, & nomine, & Pronomine Composita; Ad locum, horsum, deorsum, sursum, sinistrorsum, dextrorsum. Italiā versum; & quorsum, id est, quò versum. Alia Dehortatiua: vt, ne q̄, pro neq; & p̄ ne, & pro valdè accipitur. Cicero: Ne dici

dici quidem opus est: pro, neque dici. Terent. nedicam dolopro, nedicam. Item, ne vlla illud haud mouit, pro valde illa.

Alia, confirmatiua: profecto, scilicet, quippe, videlicet, nempe. Inueniuntur quoque duae partes pro his poni: vt, quidni, cur ne, sic, ut, quid istic.

* desideratur.

Alia, iuratiua, vt Aedepol, Acastor, medius fidius. Per, quod, Praepositio pro his accipitur, vt Virgil. per te, per, qui totalem gerit re parentes. Est quoque per Confirmatiuum. Terent. Tu quod perparce. Sic, quoque iuratiuum est: Virgil. sic tua * Cyneasta.

* M. S. mē. doctissime, Corinias.

ant examina taxos. Alia optatiua: vt, utinam, quod compositum est ex vt, & enim. o. &, si. Virg. adis o tandem. Idem. si nunc nobis ille aureus arbore ramus ostendat.

Alia, hortatiua: vt, cia, aie.

Alia, remissiua: pedetentim, paulatim, sensim.

Alia Congregatiua loci & temporis communia, vt simul, vbi, in eodem loco, & in eodem tempore. Alia discretiua: scorsum, secus, paratim, secretò, vtrinq; singillatim, bifariam, omnifariam.

Alia similitudinis, vt ceu, quasi, velut, veluti, sic, sicut, vt, vti.

Alia ordinalia, vt deinde, continuo, protinus, praeterea.

Alia, Intensiua: vt, valde, nimium, prorsus, penitus, omninò.

Alia Comparatiua, vt magis, minus, ocus, quod à Græco dicitur uatur.

F. Nunquid, quæ ab aliis deriuantur, primitiuorum significationem, vel qualitatem seruant?

S. Seruant utiq; vt à Tullio, Tullianè, à corpore, corporaliter. Ab illo, aliter. A Græco, græcè; à viro viriliter.

F. Prosequere alia.

S. Sunt Numeralia, vt ab uno, semel; à duobus, bis, q̄ sola, inaequaliter proferuntur. Cæteri verò Numeri à vocibus suis faciunt Aduerbia à tres, ter, à quatuor, quater; & sic decies.

Alia Demonstratiua, en, ecce. Alia, Interrogatiua, vt cur, quare, quamobrem. Alia negatiua, vt non, * haud, minimè, nunquam.

* M. S. huat. con. p̄nier & semper.

Est, quando duae partes pro his accipiuntur vt, nullo modo, nullatenus.

F. Nunquid Aduerbia synonyma, vel polyonyma possunt esse?

S. Possunt, sunt synonyma, id est, dum multae voces vnam rem significant. vt en, ecce. & penè in omnibus significationibus inuenies polyonyma: vt, vbi, quò, quà, quomodo, quæ sunt Infinitiuæ, & li.

& interrogatiua, & reuelatiua.

O, quoq; diuerſas habet ſignificationes. Eſt Aduerbiũ vo-
candi: Virg. O regina nouam cui condere Iupiter urbem. Eſt admi-
randi: Iuuenalis: O qualis facies! ----- Eſt indignandi, vt, o tempo-
ra, o mores. Eſt & optandi: Virg. Adſis o tandem.

In alijs quoq; multis Aduerbijs inuenies multas ſignificationes,
in vna, eademq; voce, quomodo etiam e contrario in diuerſis vocibus,
vnam ſignificationem; vt quando, olim, dudum, citò, propè, cele-
riter, actutum.

F. An conuenientius præponuntur Aduerbiã, vel ſupponuntur?

S. Manifeſtè aptius præponuntur: quomodo adiectiua nomina:
vt bonus homo, benè agit: fortis Imperator fortiter pugnat. Tamè
præpoſterè inueniuntur poni multa, præter monosyllaba, vt, non,
dum, en, cur. Demonstratiua quoq; & interrogatiua, & hortatiua,
& ſimilitudinis, vocatiua Aduerbia, & optatiua Aduerbia præponũ-
tur, vt, en, ecce, cur, quare, cía, * age, ceu, quaſi, heus, vtinam.

* m. ſ. aie
mend. e
vitioſa
promunt.

Habes, France, de Aduerbio ſatis.

F. Non ſatis: tamen pauſemus ad horam.

S. Pauſemus.

INCIPIT DE PARTICIPIO.

F. Surge, Saxo.

S. Quid vis, France.

F. Vt regulas Participiorum pandas mihi velim.

S. Pandam. ſed illa pars parum quid habet obſcuritatis. Tamen, ſi
quid opus habeas, interroga.

F. Primo interrogandum reor, vnde Participium dictum ſit.

S. Participium dictum eſt: quia partem Nominis, partemq; Verbi
tenet. & medium interea locum habet, & ſemper in deriuatione eſt:
quod nulla alia pars orationis habet: dum aliz partes primitiuaſ, ha-
bent ſpecies, vnde deriuantur, vt à rege, regalis: à mei, meus, à feruo, ferueſco:
à propè, propius. ab ex, extra. Participia autem ſem-
per à Verbis deriuantur, & comparationem non poſſunt habere.
Si comparantur, tranſeunt in Nomina: vt amans, ab amo Verbo
ueniens. Si facis amans, amantior, amantiſſimus, Nomen eſt, carens
tempore.

F. Sed vnde agnoſco an Nomen ſit, vel Participium talis dictio?

S. Ex caſuum circumſtantia. Nam Participium caſum ſui Verbi
ſequitur, vt amo illum, amans illum. Nomen verò ſi fiet, caſum * ver-
balis.

* m. ſ. ver-
baliu.

o o

balis

balis nominis sequitur: ut amator illius; sic dicimus amans illius. Vides, quod Participium Accusatiuo. Nomen genitiuo iungitur. Participia tempus significant.

F. Numquid non quædam nomina quoque tempus significant? annus, menses, dies, hora, & alia multa?

S. Significant. sed interest: quod nomina illa nihil aliud significant, nisi ipsum tempus per se. participia itaque actionem vel passionem in quolibet fieri tempore demonstrant, non ipsum tempus. Ex quo participium exsequitur casus, quos & verba, ex quibus nascuntur. Et quod verborum significationes habent, & quod pro verbo ponuntur. Vnde quidam Participium, verbum casuale nominant, quod verbo per se deest, id est casus, possidet in participio. Ideo in constructione per obliquos casus, ubi verbum iungi non potest, participium loco verbi subit, ut bonus loquebatur, boni hominis loquentis orationem audiui, bono homini loquenti respondi, bonum hominem loquentem audiui: tu, bone homo loqueris: bono homine loquente didici. Ex eo Nominatiuus, & vocatiuus recti casus nominantur, quia per se verbis iungi possunt.

F. Quam utilitatem habet Participium in Nominatiuo & Vocatiuo, si sic verbi loco obliquis iungatur?

S. Quod verba sine coniunctione in Nominatiuo & Vocatiuo, coniungere potes. Nam diuersa verba sine coniunctione recti iungi non possunt, ut lego, scribo, vel doceo discis. non est dicendum, sed lego, & scribo, doceo & discis. si participiū loco prioris verbi ponas, bene sine coniunctione pertinet, ut legēs scribo, docēs discis. Igitur participiū innotatum est, ut in nominatiuo & vocatiuo, sine coniunctione pertinet, cum alio verbo, ut legens doceo, p lego, & doceo: & legens fac, pro lege & fac. quæ positio intransitiua est, hoc est, ipsam in se ostendit manere personam. Obliqui verò casus Participiorū ad hæc sunt utiles: quod non solum sine coniunctione proferuntur, sed etiam ad alias transitive personas: ut docentis potior, docenti respondeo, docentem audio; illo docente didici.

¶ m. l. accedunt.

F. Quot * accidunt participio?

S. Sex. Genus, casus, ex nomine: significatio, tempus ex verbocum numero, figura, ex utroque. F. Quot genera habet?

S. Quatuor. Masculinum, ut amatus: Femininum, ut amata: Neutrum, ut amatum: omnis generis, ut hic, & hæc, & hoc amans. Nam commune duū generū, & epicænomena, in participio inueniri, natura ipsa probat.

prohibet. Cum enim verba, ex quibus nascuntur Participia, pariter oibus iungantur generibus, vt legit vir, legit feminā, legit mancipium: necessario participium, quod ex eo proficiscitur, eisdem generibus associatur. Et; omne participium in āns, vel in ens, præsens, & præteritum imperfectum, siue trium generum est; vt hic, & hæc, & hoc laudans, docens, legens, audiens. Si verò in us. finiuntur, præterita, vel futura, mobilia sunt per tria genera, vt amatus, amata, amatum; amatus, amatura, amaturum.

F. Casus participiorum expone mihi.

S. Casus Participiorum sex sunt, sicut & nominum. Nec sunt inuenta Participia in aliquo casu deficientia, sicut nec nomina mobilia, vel in duas desinentes consonantes: Quæ enim deficiunt, fixa sunt, vt fas, tabo.

F. Quomodo declinantur Participia?

S. Ad similitudinem nominum in ens. desinentium, vel in us. mobilem.

F. Tempora Participiorum qualiter currunt?

S. Participia coniuncta habent, sicut verba infinitiua, id est, præsens temporis, & præteriti imperfecti. Item præteriti perfecti, & plusquamperfecti pariter; vt legens scribo, & legens scribebam. lectus fuit, lectus fueram.

F. An ex omni significatione verborum omnia tempora inueniuntur in participiis?

S. Nequaquam. Nam, cum quinque sint verborum significationes: Actiua, Neutra, Passiua, Communia, Deponentia. Participia ab Actiuis quidem, & Neutris, præsens temporis inueniuntur, & futuri; vt, amans, amaturus, stans, staturus. sed præsens participium, & substantiuum verbum sum, præteritum perfectum proferimus; vt amans fui, fuisti, fuit: pro, amaui, amauiisti, amauiit. Et sic per omnes modos, in tempore præterito perfecto, & plusquamperfecto. Itaque quod deest naturaliter, simplici dictione impletur, iunctura ratione. Inueniuntur tamen in quibusdam Neutris participia præterita; vt à ceno, cenatus à prædeco, pransus, à placeo, placitus, à nubo, nupta, à pateo, passus. Vir. Crinibus Iliades passis, id est, dispersis. Fit quoque à patior, passus, à iuro, iuratus: adfuesco, adfuetus: titubo, titubatus, & talia multa: vt discessus, interitus, obitus, occalus, pot', senectus. neutropassiu quoque quinque sunt, trium temporum habent participia; vt gaudeo, gaudens, gauisus, gauisurus: Audeo, audēs, ausus, ausurus: soleo, solens, solitus, soliturus: fio, fiens, factus, futurus: differetiz cause, ne, si facturus

m. f. Primus.
ia, pro Pri-
ameta. est
alius loci.

00 2 dice-

diceretur, à facio Verbo putaretur, quod vim actiuam habet: cuius Passiuum fio est. Fido quoq; fidens, filus, filurus facit. A passiuæ significatione duo quoq; veniunt Participia, Præteritum, & Futurum: vt amatus, amandus; pro cuius Præsentis sæpè necessitatis causa adtores Præterito vti inueniuntur.

A Communi Verbo quatuor nascuntur Participia, & non minus; quia & Actiuam habet significationem, & Passiuam Commune Verbum: & ideo vtriusq; significationis habet Participia. Actiuæ, vt eriminans, & eriminaturus. Passiuæ, vt eriminatus, & eriminandus: sed eriminatus in vtraq; inuenitur significatione.

Sciendum est tibi, ô France, quod omnia Participia in DVS. de finentia, eadem possunt esse & Nomina.

F. Et quomodo possum, ô Saxo, scire, an sint Nomina, vel Participia?

S. Dum Nomina sunt, amittunt tempora, vt olim tibi dixi: vt docendus sum: Participium est, ad docendam Rhetoricam veni, Nomen est.

A Deponenti tria tempora veniunt Participia: Præsentis, & Præteriti imperfecti, sequens: Præteriti perfecti, & Plusquamperfecti, secutus. Futuri, secuturus. Sed apud antiquos ex huiusmodi Verbis Participia Præteriti temporis tam Actiuam, quam Passiuam significationem habentia inueniuntur, vt meditatus, auxiliatus, amplexatus, adminiculatus, vtriusq; significationis possunt esse.

F. Numeros Participiorum profer.

S. Numeri Participiorum duo sunt, Singularis, vt currens: Pluralis, vt currentes. Et, sicut non deficiunt casibus: sic nec numeris deficiunt inuenies Participia.

F. Figuræ Participiorum vnde veniunt?

S. A Verbis semper, vt ab efficio, efficiens: ab intelligo, intelligens. Nam per se nunquam componitur Participium, nisi prius componatur eius Verbum. Si enim ipsa componuntur per se, transiunt in Nominum vim: vt noceo, nocens, innocens nomen est, innocentior faciens. sapio, sapiens, insipiens nomen est. Simplicia enim eorum possunt & Nomina & Participia esse, Composita verò tantum Nomina esse.

F. Memini te dixisse, omnia Participia esse derivatiua à Verbis. Velim scire à quibus temporibus, vel modis sint derivata.

S. Ab Indicatio modo presentis temporis sunt Participia præteriti,

tis, & semper in ans. vel in ens desinunt: vt ab amo, amas, amans: habeo, habes, habens, interposita n. secundæ personæ ultimis literis. In tertia & quarta Coniugatione o. conuersa in ens. fiunt Participia, vt lego, legens, audio, audiens.

Præsentis temporis Participia, & Futuri veniunt à Supino Verbo u. finito, addita s. in præterito: rus. in futuro. vt amatu, amatus, amaturus. cœnatu, cœnatus sum, cœnaturus. criminatu, criminatus, criminaturus. loquutu, loquutus, loquuturus. Mortuus solum à mortuor duo u. u. habet. Passiua verò futura veniunt à Genitiuo Participii præsentis temporis, tis in dus conuersa: vt amans, amantis, amandus.

F. O si voluisses colligere difficiliora verba, cum præterito perfecto, & supino, & participio, quàm necessarium esset.

S. Necessarium esset: sed modum nostri ludi excederet.

F. Tamen aliqua profer. cætera facilius conicio.

S. Faciam. Amaui, amatum, amatus. Necto, nectis, nexui, nexum, nexus. Et ex eo frequentatiuum nexo. Et do, dedi, datum, datus, A breui vbique. Oro, oraui, oratum, oraturus. Seco, secui, sectum, secturus. Neco, necui, nectum, necturus. à neco quoque necatum inuenitur. sed necatus ferro dicitur occisus. nectus verò alio quolibet modo. Plico, & plicau, & plicui facit: ideo & plicatum, & plicitum inuenitur. Ita, & ex eo composita explico, duplico, implico dupliciter proferuntur. Nam laui, & caui, & faui, differentiz causa à longam au mutant; lautu & lautus: cautu & cautus, fautu & fautus faciunt, quia latum, & catum, & fatum, alias habent significationes. Sto, stas, statum, staturus longa, a. cum in nominibus ab eo deriuatis, vbique breuietur, vt status, stabilis. vt Lucanus, quorum stata tempora status. Iuuo, iuui, iutum, longa V. Vnde adiutus. Sterno, strau, stratum, straturus. Edo, edi, esum, esurus. Ex quo esurio. Eruo, erui, erutum, eruturus. Cio, ciui, citum, citurus. Moueo, moui, motum, moturus. Sedeo, sedi, sessum, sessurus: quod geminat s. ne duæ partes putentur. Foueo, foui, fotum, foturus. Facio, feci, factum, facturus.

Et obseruandum est tibi, ô France, quod penè in omnibus Verbis, quæ minuunt syllabas, in præterito perfecto quidem semper penultimas producant, licet in præsentibus correptæ essent.

F. Vnde fit hoc?

S. Vt compensent temporibus quidem de e. in syllabis. Sero, scui, latum.

latum.

in f. pen/ta
son/ta.

satum, saturus. Vnde fertus. Sino, siui, situm, siturus. Pono, posui, pos-
tum, positurus. Lino, liui, litum, liturus. Eo, iui, itum, iturus. Rideo, ri-
si, risum, risurus. Video, vidi, visum, visurus. Ardeo, arsi, arsum, arsurus.
Mordeo, momordi, morsum, morsurus. Pendeo, pependi, * pensum,
pensurus. Tondeo, totondi, * tonsum, tonsurus. Spondeo, sponendi, * sponsum,
sponsurus. quod s. in secunda amittit syllaba. Candeo, fludeo,
fundo, splendeo, faciunt supina, canditum, studitum, fronditum, sple-
ditum, licet rarissimè à neutris secundæ coniugationis supina vel par-
ticipia inuenias: vt caleo, tepeo, horreo, rubeo, palleo, & cetera talia.
Sed non est opus tibi, vt quadriformi tramite per singula verba cur-
ram. Poteris ex Supinis Participia intelligere, vel ex Participiis
Supina.

F. Fac vt placeat: tamen vt obscuriora semper pandas.

*m. f. mixi
mend. S. A patco, patui, passum. & patior, passus nascitur. Meio, * mini,
*m. f. flexo
mend. mictum. & mingo, * minxi, mictum. n. euphonia causa amittens: & in-
de micturus. * Flecto, flexi, flexus, flexurus. Fluo, fluxi, fluxurus. Obso-
leo, obsoleui, obsoletum: ab obs, & oleo, compositum à soleo. A careo,
*m. f. cassu
mend. cassus, cariturus inuenitur. Habeo, habitum, habiturus. Cado, cecidi,
*m. f. vel
mend. * casum, calurus. Cedo, cessi, cessurus. Fodi, fossum. Dedi, datum. Cre-
didi, creditum. Capio, cepi, captum. Cæpi, cceptum, cuius præsens co-
pio in vsu non est. Sapiui, sapitum: Peperi, partum, pariturus: & ex co
parturio. Orior, ortus, orturus. & morior, mortuus. hoc solum * per
*m. s. qua-
sum perpe-
ram. duo u u profertur. Quatior, * quassum: vnde frequentatiuum quassus
quassas. Percutio, percussi, percussurus, per * duos ss. Vro, vrsi, vlturus.
* Inbaudi
lueras: sic
perpetuo
loquitur. Farcio, farsii, farsum, farsurus. Sarcio, farsii, farsum, farsurus. Potior, po-
titurus. Argui argutum, id est, conuictum, arguturus. Ruo, ruitum, rui-
iturus. Loquor, loquutum, loquuturus. Fruor, fructum facit. Sicut
struo, structum, structurus. Caluo, id est decipio, calui, caluitum secun-
dum regulam debet facere. ex eo calumnia deriuatur. Neo, neuus, ne-
neturus.

Sciendum quoque tibi est, quod sapè ea verba, quæ in præterito
perfecto v. consonantem assumunt, in secunda & tertia persona, syn-
copam patiantur, vt neo, neuus, neuisti vel nesti: amo, amauisti, vel ama-
sti, & in plurali, amastis, vel amarunt. Illa verò quæ in præterito v. ha-
bent consonantem, non possunt in præterito syncopam pati, vt lauo,
lauasti: nemo dicit lasti, vel lastis, vel lastit. Ico, ici, ictum, icturus, * bre-
ui i. In præterito & præterito longa. quicui, quieturus. liqui, licitum, li-
cturus: & ex eo reliqui, relicturus. Vinco, vici, victurus. Cresco, creui,

*mend.
aliquid de
est.

cretum, creturus. Scio, sciui, scitum, sciturus: & ex eo scisco, nolco, noui, notu, noturus. Ignosco, ignoturus, Pasco, paui, pastum, pasturus. Disco, discitum, disciturus. Parco, parsu, parsurus. Paciscor, pactum, pacturus. Proficiscor, profectum, profecturus. Expergiscor, praterito, *expergitus sum, experrectu, experrecturus. Nanciscor, *nactus sum, nactum, nacturus, absque n. Pangor, pactus, pacturus. Fingor, fictus, ficturus. Tangor, tactus, tacturus. Iungor, iunctus, iuncturus. Fungor, functus, functurus. Plan- gor, planctus. Angor, anctus. Participium prateriti faciunt sic: Vl- ciscor, vltus. Irascor, iratus. Defatiscor, defessus, id est, fatigatus. Nam a deficio defectus fit Participium. Comminiscor, commen- tum. Adipiscor adeptum. Tundo, tutudi, tunsurus. Rado, rasi, ra- surus. Credo, credidi, crediturus. Cado, casum, A producta. In omni enim Supino & Participio prateritu temporis, A. pducitur penultima, exceptus datum, & statum, & satum. Findo, fidi, fissum, fissurus. A comedo quoque comesum & comestum inuenitur. Ostendo, osten- tum, vel ostensum, ostensurus. Mergo, merfi, merfu, merfurus. Tergo, terfi, tersum, tersurus. Pungo, pupugi, vel punxi, punctum. Ago, egi, actum, acturus. Pango, pegi, pactum. Ex eo impingo. Fingo, finxi, fictum. Stinguo, stinxi, stinctum. Ex eo exstinguo. Ango, anctum, anxurus. Cogo, coegi, coactum. Veho, vexi, ve- ctum. Psallo, psalli facit; cuius nec Supinum, nec Participium legi. Vello, vultsi, vultsum. Pello, pepuli, pullum. Alo, alui, alitus, vel altus. Tollo, sustuli, sublatum, sublaturus. Como, compsi, comptum, co- pturus. Demo, dempsi, demptum.

Sciendum est tibi, quod huiusmodi positionibus literarum, v- biq; inter m. & tum. p. ponendum esse. Vomo, vomui, vomitu. Pre- mio, pressi, pressum, pressurus. Cano, cecini. ex eo occino, occinui, occentum: Succino, succentum. Temno, tempsi, temptum. Creo, creui, cretum. ex eo, & de verbo, Credo componitur; quasi certu do. Lino, liui; vel linio, litum, liturus. Sciendum est quod tam litum, & i- tum; & ex eo composita, obitus, prateritus, & itum, & queo, quitum: & a cio, citum, a nequeo, nequitus corripunt penultimas. quod in aliis Supinis, vel participiis, quae a Prateritis in vi terminantibus non inuenies: vt Amaui, amatus: Moui, motus: Cupiui, cupitum. Noui, notum. Rumpo, rupi, ruptum. Verro, verri, versum, ver- surus. Quaro, quarsiui, quasitum. *Reor, ratus. exsero, exserui, ex- scutum, mend.

*m. sine
menda. pe-
rinden. v.
trum po-
nas supi-
um.

*m. f. ex-
pertus me-
dose.

*Hic om-
nia erant
mendosa.
sed restitua-
tu sunt tibi.

*nugae ob-
mendas o-
pinor.

*m. f. reo
scutum, mend.

* Supra id
positum est
sed per pu-
arilem dia-
logi loqua-
citā ex-
cul. potest
hoc vitiū
scriptoris.
* Jarsum
m. f. perpe-
ram vitiū
librarii.
* m. f. salui
mendose.

fertum, exferturus. Meto, messui, messum, messurus. Mitto, misi, mis-
sum, missurus. per duo fl. cum misi per vnam debeat scribi. Penope-
tius, petitus, longa penultima. Texo, texui, textum. nexo, nexu, no-
xum. * fartio, farti, fartum: vnde fartores. sicut à sarcio, sarti, * fartum,
fartores. Sentio, sensi, sensum. Raucio, rauis, raulum. Sepio, sepis, se-
ptum. Venio, veni, ventum, venturus. Pario, peperis, partum, par-
tus. Scio, sciui, scitum, penultima ybique longa, vt auditus, moni-
tus, arcessitus. nisi in prænотatis, sepelio, sepeliis, sepultus, sepulturus.
Salio, * salui, saltum. Sallo, à sale, saliui, saltum, falsurus. Participium
quoq; ex eo præteritum est, salitus, vel falsus. Ambio, ambiui, ambiui
ex eo, ambitus nomen correpta penultima.

F. Cur hoc?

S. quia ambio, ab eo verbo compositum est. Nam verbalia no-
mina à secunda venientia coniugatione, penultimam habent breuem,
vt habitus, monitus.

Memorandum quoque tibi est, Impersonalia sapinis, & Parti-
cipiis defecisse: nisi raris: vt à pœnitet, pœnitens. Vnde à pœnitentia:
& à licet, inde licentia, & licitus: & à libet, libens.

INCIPIT DE CONIUNCTI- ONE.

F Nunc ordo partium flagitat, vt de Coniunctione dicas.
S. Coniunctio est pars orationis indeclinabilis, coniunctiva, &
significatiua, aliarum partium vim, & ordinationem demonstrans.

F. Quomodo vim, & ordinationem demonstrans?

S. Vim; quando aliquas res simul esse significat: vt, & pius & fortis
fuit Aeneas. Ordinationem, quando consequentiam aliquarum de-
monstrat rerum, vt, si ambulat, mouetur. sequitur enim ambulationis
motus.

F. Quot accidunt Coniunctioni?

S. Tria: Figura, & species, & ordo.

Figura simplex, vt, at, &, sed. Composita, vt, atq;, etenim, sed-
nim, Hæc enim ex accentu Composita esse noscuntur.

F. Da specierum quoq; rationem.

S. Species, quas Donatus, potestatem nominat, secundum eum
quinque sunt: Copulatiua, expletiva, causalis, disiunctiva, rationalis. Se-
cundum Priscianum plures, sed hæc quinque species principales sunt, ali-
q; in se continentes species.

F. Pande

F. Pande singularum exempla specierum.

S. Copulatiuæ sunt, quæ copulant tam verba, quam sensus: vt, &, que, atq; ac, ast.

Distinctiuæ sunt, quæ quamuis dictiones iungant, sensus tamen disiungant, & vnum e duobus esse significant: vt vel, ve, ne, nec, neq;

Expletivæ sunt, quæ vel bonum, vel malum explent sensum: vt quidem, e quidem, saltem, videlicet, quanquam, quamuis, quoq; autem, porro, scilicet, tamen.

Causales sunt, quæ causam antecedentem significant, vt doctus sum; nam legi, si sol est, iam lucet. Causa enim luminis sol est. Et sunt hæc: si, etsi, etiamsi, siquidem, quando, *quidam, quin etiam, quatenus, sin, seu, siue, namq; ni, nisi, si enim, etenim, ne, sed, interea, quamobrem, præsertim, item, itemq; cæterum, alioquin, præterea.

*f. quia
nam.

Rationales sunt, quæ rationem rei reddunt, vt, ita, itaq; quoniam, enim, etenim, enimvero, quia, quare, quapropter, quoniam, quidem, quippe, ergo, ideo, scilicet, propterea.

F. Ordo Coniunctionum in quo est?

S. Quia aliæ sunt, quæ semper præponuntur, vt, at, ast, aut, ac, vel, nec, neque, si, quia, quatenus, sin, seu, siue, ni. Aliæ supponuntur: quidem, quoque, autem. Aliæ penè omnes indifferenter & præponi, & supponi possunt, vt ergo, igitur.

Inueniuntur quoq; sæpe Coniunctiones in aliarum Coniunctionum potestates transire, vt, vel, distinctiuæ Coniunctio, pro copulatiua ponitur. vt Terent. ---- vel rex; pro, etiam rex. Inueniuntur quoq; aliæ partes pro Coniunctione poni: Nomina: vt qua causa? qua gratia? quamobrem. Verbum: vt quamuis, et licet, pro quamquam. Virgil. Dicam equidem, licet arma mihi, mortemque *minetur.

*m. minatur
ris mend.

Sunt quoq; Coniunctiones dubitatiuæ; vt, ne, nec, an, ne. Virgilius: Eloquent? an sileam? Iustitiæne prius mirer, bellinè labores?

Sunt eadem Interrogatiuæ; vt Tanto ne me crimine dignum duxisti?

Fiunt & electiuæ, quando ex diuersis rebus aliquid eligitur: vt, diues esse volo, quam pauper.

Fiunt & adiunctiuæ, cum verbis subiunctiuis adiunguntur: vt, si, cum, vt, dum, quatenus: vt si venias, facio: *Cum faciam vitulâ, pro frugibus ipsa venito: Vt profut tibi, facio: Multa quoq; & bello passus, dum corruptum.

pp

dum corruptum.

dum conderet urbem. Quatenus id libenter faciat.

Possunt & hæ ipsæ causales esse.

F. Sed unde sciam, ad quam speciem pertineant?

S. Ad iunctiua, cum dubitatione proferuntur. Causales, cum confirmatione: ut, eris doctus, si legas.

m. f. saltem.

Sunt, quæ diminutionem significant, ut * saltem; si quælibet obsoles de te suscepta fuisset.

Fiunt & continuatiua, ut, si ambulat, mouetur. Continuat enim ambulationem motus.

Hæc & alia species in Prisciano reperiuntur, quæ tamen incidere possunt in prædictas quinque: Sed nunc hæc habeto de Coniunctionibus.

INCIPIT DE PRÆPOSITIONE

F. Præpositio quid est?

S. Pars orationis indeclinabilis.

F. Quid habet officii?

S. Ut aliis præponatur partibus, vel appositione, vel compositione.

F. Appositione quomodo?

m. f. mēd.

S. Quando foris apponitur dictione; & hoc nomine, vel pronomine, casu Accusatiua, vel Ablatiua: ut ad hominem, vel ab homine ad illum, ab illo.

F. Quomodo per compositionem?

S. Quando cum aliis partibus in unam dictionem, ut, nomine, per omnes casus: ut, indoctus, indocti, indocto, indoctum, indocte, ab indocto. Pronomini non componitur.

Verbo componitur, ut induco, expleo. Participio per derivationem, vel consequentiam compositorum verborum, ut inducēs, explēs.

Adverbio quoque per compositionem iungitur: ut perinde, abhinc, deinceps. Nam & in seipsa per compositionem nascitur; ut imperius. Loco etiam Coniunctionis casualis solet accipi, ut per desiderium multi nascuntur; id est causa desiderii. similiter, propter, & apponi possunt.

F. Si vnquam supponuntur præpositiones?

S. Etiam. Sed raro. Et hoc eo, euphonie causa; id est, sonoris: ut in pronomine, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Sed & Poeta auctoritate in metris præposterè poni eas inuenies, ut, — maria omnia circum: & ibi, finalis syllaba acuitur, ne nomen putetur.

F. Habent præpositiones accentus per se?

S. Habent acutum accentum in fine tam apud Græcos, quam apud Latinos: qui tamen in grauem semper vertitur, quia præpositio vniq[ue] sequitur.

sequenti dictioni seu per appositionem, seu per compositionem adnectitur, & quasi una pars cum ea profertur.

Inveniuntur quoque prapositiones, in media poni dictione, ut ut quare, quam ob rem, quia in parte.

F. An omnes prapositiones componuntur?

S. Quaedam sunt, quae nunquam componuntur: ut apud, erga, citra, circa, extra, infra, iuxta, penes, propè, secundum, ultra, supra, circiter. Quaedam sunt, quae nunquam separantur, ut con, di, dis, re, se, an.

Aliae, penes omnes componuntur, & separantur.

Et aliae sunt, quae in compositione collisionem patiuntur à consequenti vocali: coago, coarguo, coarto, coaquo.

Aliae sunt, quae adsumunt consonantem, ut prosequenti vocali d. adsumunt, ut emo, redimo, ago, redigo, prodes, prodest. quaedam synecopam patiuntur, ut supra, pro supera, extra, pro extera: infra, pro infera. Sed & diuersis modis prapositiones in compositionibus alias partes corrumpunt, & ipsae corrumpuntur, quod saepius est, quam exëplis indigeat.

F. Possunt ne prapositiones in alias transire partes?

S. Possunt. F. Da exempla.

S. Post, prapositio. Virg. Post montem oppositum, transit in aduerbium * eadem. Post, mihi non simili poena, commissa luctis.

Ante, prapositio. Virg. Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. transit in aduerbium: Ante, & trinacria tentandus remus in vnda.

Sic, supra, contra, propè, transeunt in aduerbia.

F. Si, aliae partes in prapositiones transire possunt?

S. Possunt. Nam Aduerbia saepe transeunt in prapositiones: ut, pridie Kalendas: pridie hoc loco prapositio est.

Subtracte quoque nominibus quibusdam loco aduerbiorum faciunt nomina accipi: ut domo, venio, pro à domu. Et * domum meam, pro ad domum.

F. Separata prapositiones quibus casibus iunguntur?

S. Accusatiuo vel Ablatiuo.

F. Accusatiui prapositiones quae sunt?

S. Monosyllabae haec: ad, ob, per, post, cis, trans.

Disyllabae: apud, ante, citra, circa, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, propè, penes, praeter, propter, ultra, usque, penes.

Trisyllabae: circiter, aduersum, secundum.

F. Num singulae certas habent significationes?

S. Non certas, sed diuersas, sed longum est earum significationes explanare.

RP. 2.

F. Dis.

*mend. co-
dex.

*in m. f. f.
desidera-
basur.
*m. f. m. e. m.
dote idem.

m. f. domo
meo mem-
dofis,

F. Die tamen, & quanta breuitate possis succinge te.

S. Dicam. Ad, iuxta significat in compositione, vel appositione, ut ad currum, pro iuxta currum. Ad Troiam, pro iuxta Troiam. Significat quoque contra; ad illum mihi pugna est, hoc est, contra illum. Accipitur & pro usque: ad bellum Perticum, hoc est, usque bellum.

Ob, & pro, & contra, & circum significat: ut, haudquaquam ob meritum, id est, pro merito. Ob vnus, contra vnus. Obambulo, circumambulo.

Per, est & localis, ut per medium forum. Est & temporalis: per medium diem. Est & iurandi; per te, per qui te talem genere pariter. Aduerbii quoque valde vim obtinet: Terentius; perfidus pater, id est, valde scitus. Abnegationem quoque significat in compositione, ut perfidus.

Post componitur, & separatur: & locum significat. Vir. Post mortem oppositum, significat & tempus: ut post multum tempus.

Cis localem habet significationem, ut cis Alpinam Galliam, & pro *ultra accipitur: ut cis definitum tempus, hoc est, ultra. Et ex eo citra, trans, componitur, & separatur; ut transfero. & trans-padam. Et in compositione sepe n. & s. amittit, ut traduco, trado, trano. Et super ponitur: ut transgressus, id est, supergressus.

Apud, locum significat: ut apud Numantiam.

Ante, locum & tempus significat: ut antequam, ante annum. Deriuantur ex eo, antiquus, antiquarius nomina.

Citra, penè eandem significationem habet, quod cis, nisi quod propriis nominibus cis, & appellatiuis citra saepius praeponi solet: cis Rhenum. cis Alpes: citra forum. Et à cis citra deriuatur: à citra, citer, citerior, citissimus.

Circa, loci & temporis, pro iuxta ponitur: ut circa templum, & circa viginti annos.

Circum, componitur, & apponitur: ut circumiero, circum mare.

Circiter ad tempus solum pertinet: ut circiter Kalendas Ianuarias.

Erga, non componitur, & affectum significat: ut bonus est erga propinquos.

Contra, separatur & componitur. contra adulterium, & contradico.

Extra

Bonus Al:
dormitat
non nihil
est enim
infra.

Extra, apponitur, vt extra me.

Inter, vtrumq; vt inter amicos, interuallum, interpres, cuius simplex in visu non est.

Et ab in, inter, & intra, nascuntur.

A sub, subter. A pro, propter. A cis, citra. ab ex, extra. a prae, praeter.

Iuxta, pro propè ponitur, vt iuxta te, id est, propè te.

Secundum duas habet significationes: proximitatem, & emulationem. secundum eum sedeo, & secundum mores eius uiuo. Haec de praepositionibus Accusatiui casus, quae difficiliore videbantur, dicta tibi sufficiant.

F. Sufficiunt, sed ad Ablatiuum te totum fer.

S. Ablatiui praepositiones monosyllabae haec sunt. A, ab, abs, e, ex, de, pro, pra, cum.

F. Quare non addidisti clam?

S. Quia magis Aduerbiu est, qualitatem significans, & diminuitur, contra Praepositionum naturam. clam, clanculum. & sine casu proferri potest: vt bona aperte, facit mala clam.

F. Sequere ceteras.

S. Dissyllabae. coram, palam, sine, absq; , tenus.

F. Potestates singularum expone.

S. A & ab, & abs, & e, & ex, eandem ferè significationis vim habent, Nam & locales, & temporales, & ordinales similiter inueniuntur, vt est à domo, à die, à te. Sic & cetera. Sed A & E saepius consonantibus praeponuntur, vt à templo. è culmine. alia vtrumque, & vocalibus, & consonantibus appositione, vel compositione iunguntur, vt abito, ab illo, abduco, ab hora. Et saepe b, euphoniae causa in aliam mutabitur litteram. In r. arripio. in u. aufero. in l. asporto.

Ex, quoq; pro extra inuenitur poni, vt excludo, extracludo, exul, extra solum. Modò pro valde, vt excelsus, id est, pro valde excelsus. Modò priuatiuum est, vel intensiuum, vel perfectiuum. Exstirpo, extendo, expleo.

E. in compositione priuatiuum est, vel intensiuum, & pro extra accipitur: vt enodes trunci, enarro, educo. Deriuatur ab ab, absq; . Nam, quae, quando vim & significationem coniunctionis non habet, syllaba est, non pars orationis, quomodo in vbiq; , vndiq; , deniq; , itaq; , vtiq; , vterq; , plerumq; , & ideo accentum non mutant. de, prima syllaba additio syllabica est, non Coniunctio, vt in pronomine ce, & met,

*mendosus
m. f. admo.*

& te. De, memoratiuum est, & intensiuum, & priuatiuum, de homine, detraho, desum.

Pro, in appositione, vel compositione localis & temporalis: pro exemplo, prouideo. Et loco e, & super vel ante, vel ad, vel in, accipitur. prominet, id est, supereminet: pro curia, signa sociis dare, id est, ante curiam. Vir. Summis incuruant viribus arcus Pro se quisque viri, id est, ad suas vires. Pro testimonio, id est, in testimonio. Et pro interiectione accipitur: v: pro dolor, & circumflectitur.

Præ in appositione vel compositione inuenitur. & ad, vel ob, vel super, vel valde, vel ante significat. Terent. Contempsi illam hic præ me, hoc est, ad comparationem mei. Item sit misera, præ amore te. ob amore. p̄sideo. superledeo: præualidus, valdè validus. p̄dico, antedico.

Cum, p̄positio est copulatiua, vt, cum ducibus vado. Et, nunquam componitur. quia con, in eius loco in positione ponitur, vt concurro, contraho. Et sciendum est, quod con, & in tunc mutant n. in m. quando b. vel m, vel p. sequitur: vt comburo, imbuo, comminus, immunis, cōpello, imp̄llo, tunc n. conuertunt in m. sequentes cōsonantes, quando l. vel r. sequitur, vt collido, illido, corripio, irruo. Cum quoque postponitur quibusdā p̄nominibus euphonia causa: vt, mecum, tecum, secum: nobiscum, vobiscum, & ante penultima in his elevatur. Aliis postposita acuitur. vt quocum, quacum, quicum, quibuscum.

Coram, ad personas pertinet: vt coram me, te, se.

Palam ad omnia accipitur, vt palam omnibus.

Sine, & absq; negatiua sunt, sine homine, absq; homine. Et sine anteposita grauatur, vt sine timore, postposita, acuitur: Virgil. si sine pacetua.

Tenus, postponitur: vt hætenus. & genitiuo quoq; iungitur, vt erurum tenus, armento palearia pendent.

Ecce habes præpositiones.

F. Habeo vtcunque: sed non habeo vtriusq; casus quatuor communes.

S. quid de illis quæris? nisi quod Donatus dixit, quod Accusatiua sunt in, & sub. dum ad locum ire aliquem. Tum Ablatiuum, cum in loco esse aliquem significant: vt in urbem vado, in urbe sum: sub culmine eo, sub culmine sum.

F. Hoc placet, sed plus quæro.

S. Quid à me quæris, si tibi Donatus non sufficit?

F. Non à te tanta quæsissem, si Donatus mihi sufficisset.

S. Nam.

S. Nam in, si pro contra, vel ad, & sub, si pro ante, vel pro per ponitur, Accusatiuo iungitur: vt, in hostem, hoc est, contra hostem. Et, in puppim rediere rates, pro ad puppim, Sub lucem exornant calathis, p ante lucem: Et, sub noctem cura recurfat, pro per noctem. In, modo in compositione priuatiuum est; vt iniustus, improbus. Modò intensiuum. Imprimo, incuso.

Sub, est & localis; subeo, subpono. Est & diminutiuum. subrideo, id est, paululum rideo; subtristis. Et in sequentem mutat b. consonantem, si e. vel f. g. m. vel p. sequitur: vt succumbo, suffero, suggero, submitto, suppono.

Super, si pro supra ponitur, Accusatiuum est: vt seua sedens super arma, id est, supra. si de, vel in significat, Ablatiuum est: vt, Multa super Priamo rogans; hoc est, de Priamo. Item; --- fronde super viridi, id est, in viridi.

Item subter Accusatiuum est, vt subter terram.

Item Ablatiuum: subter densa testudine.

F. Vnde dicuntur quaedam præpositiones loquelaes?

S. quia semper in compositione loquelis, id est, dictionibus componuntur. & sunt sex: di, dis, re, se, an, con: vt diduco, distraho, recurro, secubo, amplector, congero. Di, quidem, & dis separatiua sunt: & eandem significationem habent: quomodo ab, & abs, vt diuido, distraho. Et dis componitur, quando sequitur c. f. p. s. t. & i. loco consonantis, vt discutio, differo, diffundo, s. in f. mutata euphonice causa, disputo, dissero, distraho, disiungo. In aliis consonantibus di præponitur, diduco, digero, diluo, dimitto, diruo, & ubiq; di. producit, præter dirimo, disertus.

Re, videtur à retro, per apocopen factum, sicut ipse sensus probat. quid est respicio, nisi retrò spicio: reuertor, retrò vertor?

Se, separatiua est, vt separo, seiungo. Est & abnegatiuum, vt secus, & à se, seorsum: sicut, à de, deorsum, & à super, sursum Aduerbiū venit.

Am. circum, vel circa significat, vt amplector, amputo, ambio. in quo etiam additio b. consonantis fuit propter m.

Con, pariter significat, vt *.... & loco, cum præpositione ponitur, vt concurro, coniūgo.

Ecce habes de præpositione, quantum breuitas disputationis sinebat.

F. Habeo, quod placet, sed *paruum viz, quod restat, peragamus. * f. parum legend.

S. Per-

S. Pergamus. Et tu, more tuo præcede interrogando: sequar respondendo.

INCIPIT DE INTERIECTIONE.

F Interiectio quid est? S. Heu! quid interrogas de Interiectione? quantas me ausu incondita voce proferre: dum ante pedes Magistri iacui.

F. Audiui, & timui, motumque animi in exclamatione vocis intellexi. Attamen reor diversas esse Interiectionum significationes, licet diuersi sunt animi motus.

S. Sunt, vt dicis. & alia sunt;

Gaudii, vt euax.

Alia risus, ha, ha, he.

Alia respiciendi, vt phy, ehoë.

Alia hortandi, vt cia.

Alia illudendi, vt euge.

Alia doloris, vt væ, heu, ei: vt, *Hei mihi qualis erat.

Alia execrandi, vt ah. Ah, filice in nuda connixa reliquit.

Alia timoris, vt at, at. Ter. At, at, mihi homo formidolosus est.

Alia admirandi, vt Papæ. Terent. Papæ, hæc super ipsam Thaidem?

F. Quid de accentibus earum dicis?

S. Quid aliud, nisi quod in certis, & pro affectus qualitate longius, vel breuius, acutius vel grauius incondita voce proferuntur.

Paucula reliqua in hoc m. f. desiderari videntur. Itaque ex aliis m. f. restituenda.

Haec tamen hæc ibi.

*Ad DEI opt. max. & B. MARIAE
Virginis gloriam.*



ADMONITIO AD LECTOREM DE SYNODO

Regiaticina folio 673. partis
secundæ.

Ex

*Literis nobilis & amplissimi Domini Velscri,
II. viri Augustani.*

DE Synodo Regiaticina in mentem venit, eam Ticini habitam. Legendum itaq;: *In Vrbe Regia Ticino facta Synodus*, Anno Christi 850. exeunti Indictio XIV. conuenit. Et cum Ludouicus Pius Anno 840. obierit 12. Kal. Iul. fit, vt Lotharius anno 850. extremo, regni vndecimum egerit, quem loco trigesimi primi restituendum cenfeo, mendum enim in his numeris manifestum est, cum Lotharius ne decimum sextum annum impleuerit. Filii Ludouici nomen adscriptum difficultatem nullam habet. volente enim patre à Sergio Pontifice coronatus, Imperator Augustus appellatus est, vt ex Adone constat. Annos verò filii à paternis non distinctos, breuitatis causa interpretor. De Angilberto Mediolanensi Archiepiscopo per hæc tempora expedita res est, siue is secundus fuerit huius nominis, vt Onuphrius existimat, siue primus, vt Cardinalis Boromæus beatæ memoriæ prodidit, qui prouincialem Synodum ab eo celebratam scripsit, in qua institutionem Cœnobii Sanctorum Iouitæ & Faustini ratam habuerit. Id verò in Ticina siue Ticinensi ista, vt fieri potuit, ita factum esse, nō ausim asserere. Impeditus Theodemanni Patriarchæ Aquileiensis nomen. Onuphrius enim in Chronico Endelmariū habet, quem Ioan. Candidus lib. 4. de rebus Aquil. Hendelmariū appellat. Sed exstant apud me vitæ Patriarcharum Aquileensium manuscriptæ, in quibus Theodemarus dicitur, cum hoc elogio. *Theodemarus Patriarcha sedit annos XXI. Hic etiam sub Lothario & sub Ludouico eius filio, Ecclesiam mirabiliter gubernauit, & pro Gradenſi plebe reclama-*

uir, *et* eam *Papae* obtinuit. Vbi vides etiam digitum ad Tübingen
Synodum quodammodo intendi. De Iosepho nihil habeo, nisi lo-
spicari Eporediensem Episcopum fuisse, cuius Cardinalis Baroni
anno 844. & 853, meminit. Hæc Velferus. Cui gratiores, ut opus
gratias referre non poterimus, quàm ut Synodum patriam, hoc est
Augustanam, ex tenebris in lucem vindicemus, exscriptam ex M.S.
Cod. celeberrimi Monasterii Weingartenis, quem nobis sup-
peditavit eiusdem Monasterii Sacerdos & professor

R. P. Ioannes Rieber, veterum & recen-
tiorum librorum amans.



STNO.